7. *in auctoritate* ..] s. 3, 21, 1. — *descendere .. ferre*] das Präsens bezeichnet, wie oft, die That statt des Wollens; s. 10, 4; 4, 51, 6 u. a. — *deceptos*] in Bezug auf § 2: *perinde ac motus dictis eorum.* — *quam ut*] s. 4, 12, 11; dagegen § 16 ohne *ut*; s. zu 2, 15, 2.

8. *accipere se omen*] s. 5, 55, 2; = sie fänden darin eine Andeutung, dafs es wirklich so kommen werde. — *precari mentem*] s. Tac. H. 1, 84: *quas imprecentur mentes.*

9. *inter se*] s. zu 8, 27, 6. — *partitis*] passivisch; s. zu 5, 40, 8; anders 12, 9. 31, 1. — *succedunt .. munimentis*] s. 10, 34, 5.

10. *haec*] das Neutr. wegen des verschiedenen Geschlechtes der folgenden drei Substantiva; vgl. 2, 38, 5. — *furculas .. invios*] zerlegt den Begriff *invias furculas Caudinas*, um zu veranschaulichen; s. 19, 15.

11. *memorantes*] s. 38, 4; zu 10, 16, 6. — *inermes .. servos .. inpubes .. iumentaque*] ist rhetorische Schilderung, da die Stadt nicht erobert wird; vgl. § 16; über die Gliederung der Rede und die Man-

12 nec ullum superfuisset animal, ni consules receptui signum dedissent avidosque caedis milites e castris hostium imperio ac minis
13 expulissent. itaque apud infensos ob interpellatam dulcedinem irae confestim oratio habita est, ut doceretur miles minime cui-
14 quam militum consules odio in hostes cessisse aut cessuros; quin duces sicut belli, ita insatiabilis supplicii futuros fuisse, ni respectus equitum sescentorum, qui Luceriae obsides tenerentur, prae-
15 pedisset animos, ne desperata venia hostes caecos in supplicia
16 eorum ageret, perdere prius quam perire optantes. laudare ea milites laetarique obviam itum irae suae esse ac fateri omnia patienda potius, quam proderetur salus tot principum Romanae iuventutis.

15 Dimissa contione consilium habitum, omnibusne copiis Luceriam premerent, an altero exercitu et duce Apuli circa, gens
2 dubiae ad id voluntatis, temptarentur. Publilius consul ad peragrandam profectus Apuliam aliquot expeditione una populos aut
3 vi subegit aut condicionibus in societatem accepit. Papirio quoque, qui obsessor Luceriae restiterat, brevi ad spem eventus respondit. nam insessis omnibus viis, per quas commeatus ex Samnio subvehebantur, fame domiti Samnites, qui Luceriae in prae-

nigfaltigkeit der Verbindungen s. Nägelsb. § 178, 1. — *inpubes*] s. zu 2, 13, 10.

13. *dulcedinem irae*] die Süfsigkeit, der Genufs der Rache; zu *interpellatam* vgl. Curt. 6, 2, 5.

14. *duces*] gehört in etwas verschiedener Bedeutung zu *belli* und zu *supplicii*; vgl. 7, 40, 15. — *insatiabilis*] an der man sich nicht sättigen kann, die keine Sättigung gewährt, in aktiver Bedeutung; vgl. 26, 4: *exsecrabile*; Cic. de n. d. 2, 98; Hor. Carm. 2, 14, 6: *illacrimabilis*; Verg. Aen. 10, 481: *penetrabilis* u. a. — *supplicii*] ungeachtet des Blutbades § 11 hoffen sie, dafs die Geiseln geschont werden.

15. *perdere prius quam perire*] vgl. Praef. 12. Eine andere Situation wird vorausgesetzt von Quadrigarius bei Gell. 2, 19, 8: *id ubi rescierunt propinqui obsidum, quos Pontio traditos supra demonstravimus, eorum parentes cum propinquis capillo passo in viam provolarunt. — perire optantes*] *optare* mit dem Inf. verbunden ist selten; s. Caes. BG. 8, 9, 2; vgl. ebd. 1, 25, 4; 8, 41, 2.

16. *quam proderetur*] ohne *ut*; s. zu § 7. — *principum Romanae iuventutis*] s. 5, 5; 10, 28, 7.

15. 1. *altero exercitu et duce*] vgl. zu 23, 42, 6. — *Apuli*] s. 13, 11; nach 13, 6 f. sollte man erwarten, dafs die Apuler schon auf der Seite der Römer ständen; vgl. 2, 5; 8, 25, 3. 27, 2. — *ad id*] von der Zeit; s. 3, 22, 8.

2. *populos*] Gemeinden, wie in Latium u. a.; vielleicht sind nur die 20, 4 genannten gemeint.

3. *ad spem eventus respondit*] vgl. 28, 6, 8: *haudquaquam ad spem eventus respondit.* — *obsessor*] nach Plautus von Liv. wieder gebraucht; das Substantiv, weil Papirius dazu bestimmt ist (die Aufgabe hat) zu belagern; s. 1, 56, 8: *liberator*; Cic. in Vatin. 7: *vexator* u. a. — *restiterat*] s. 29, 3; von *restare*. — *insessis* ..] s. 13, 11. — *in praesidio*] als Besatzung; s. zu

sidio erant, legatos misere ad consulem Romanum, ut receptis equitibus, qui causa belli essent, absisteret obsidione. iis Papirius ita respondit: debuisse eos Pontium, Herenni filium, quo auctore Romanos sub iugum misissent, consulere, quid victis patiendum censeret; ceterum quoniam ab hostibus in se aequa statui quam in se ipsi ferre maluerint, nuntiare Luceriam iussit, arma, sarcinas, iumenta, multitudinem omnem inbellem intra moenia relinquerent; militem se cum singulis vestimentis sub iugum missurum, ulciscentem inlatam, non novam inferentem ignominiam. nihil recusatum. septem milia militum sub iugum missa, praedaque ingens Luceriae capta receptis omnibus signis armisque, quae ad Caudium amissa erant, et, quod omnia superabat gaudia, equitibus recuperatis, quos pignora pacis custodiendos Luceriam Samnites dederant. haud ferme alia mutatione subita rerum clarior victoria populi Romani est, si quidem etiam, quod quibusdam in annalibus invenio, Pontius, Herenni filius, Samnitium imperator, ut expiaret consulum ignominiam, sub iugum cum ceteris est missus. ceterum id minus miror, obscurum esse de hostium duce dedito missoque; id magis mirabile est, ambigi, Luciusne Cornelius dictator cum L. Papirio Cursore magistro

44, 44, 4. — *qui causa* ..] vgl. zu 21, 21, 1.

5. *in se ipsi ferre*] s. 10, 19, 8: selbst gegen sich beantragen oder bestimmen; der Ausdruck ist ungewöhnlich. Die Antwort des Papirius faſst überhaupt nicht recht zu dem Antrage, den die Belagerten gestellt haben, wenn man nicht *aequa* betont und die Erwiderung darin sieht, daſs er sagt, die Belagerten wüſsten, was sie nach der Gerechtigkeit verdient hätten.

6. *cum singulis* ..] s. zu 4, 3.

7. *septem milia* ..] diese werden, wie die Römer bei Caudium, entlassen; vgl. 3, 28, 10; Dio fr. 36, 22. — *receptis* ..] indem ..; s. zu 3, 3, 10; 21, 1, 5. — *gaudia*] wie 3, 69, 2: *metus*; 6, 28, 7: *spes*, oft *odia, irae* u. a. — *pacis*] näml. *praestandae*.

8. *haud ferme*] nicht leicht, = sicher nicht; vgl. zu 1, 24, 1. — *alia*] gehört zu *victoria*. — *mutatione subita*] wegen der plötzlichen Veränderung, die infolge des Sieges eintrat; s. Nieb. RG. 3, 262. — *quibusdam* ..] die folgende Bemerkung (vgl. 7, 42, 1; 8, 30, 7) zeigt, wie unsicher die Geschichte des Jahres ist. Die Annalisten waren bemüht, die Römer ihre Schmach so bald und so glänzend als möglich rächen zu lassen (vgl. 23, 10; 5, 49, 2); dies konnte nicht geschehen, ohne daſs der Urheber derselben die gleiche Schande erlitt; die Rache wurde am wirksamsten dem beigelegt, der zur Annahme der Bedingungen geraten hatte, dem L. Cornelius. Andere, denen Liv. folgt, nannten den ersten Feldherrn der Zeit, Papirius. Dieses Schwanken (vgl. 16, 11) und das Schweigen Diodors lassen es ungewiſs erscheinen, ob überhaupt die 13, 1 ff. erzählten Ereignisse in dieses Jahr und nicht vielmehr in das folgende Konsulat des Papirius gehören; s. zu 22, 1.

9. *missoque*] wie 6, 1. — *L. Cornelius*] in den Konsularfasten *L. Cornelius* .. *Lentulus rei geren-*

10 equitum eas res ad Caudium atque inde Luceriam gesserit ultorque unicus Romanae ignominiae haud sciam an iustissimo triumpho ad eam aetatem secundum Furium Camillum triumpha-
11 verit, an consulum Papirique praecipuum id decus sit. sequitur hunc errorem alius error, Cursorne Papirius proximis comitiis cum Q. Aulio Cerretano iterum ob rem bene gestam Luceriae continuato magistratu consul tertium creatus sit, an L. Papirius Mugilanus, et in cognomine erratum sit.

16 Convenit iam inde per consules reliqua belli perfecta. Aulius cum Frentanis uno secundo proelio debellavit urbemque ipsam, quo se fusa contulerat acies, obsidibus imperatis in dedi-
2 tionem accepit. pari fortuna consul alter cum Satricanis, qui cives Romani post Caudinam cladem ad Samnites defecerant

dae causa; er ist der 4, 7 erwähnte. Aufser ihm erscheinen noch C. Maenius und T. Manlius als Diktatoren; dafs ein Diktator den Krieg geführt habe, wurde von Claudius Quadrigarius berichtet; s. Gell. 1, 25, 6: *C. Pontium Samnitem a dictatore Romano sex horarum indutias postulasse.* — *Papirio . . magistro equitum*] er wäre dann Konsul und Magister equitum zugleich gewesen, wie 10, 3, 3 M. Aemilius, was nicht gegen das Gesetz 7, 42, 2 verstiefs; s. Mms. StR. 1^2, 496, 1; Nieb. RG. 2, 439. — *ad Caudium*] vgl. 12, 9. — *Luceriam*] hängt auch von *ad* ab; vgl. Nipp. zu Tac. Ann. 2, 68.

10. *haud sciam an*] um die Behauptung noch mehr zu mildern, als es schon durch *haud scio an* geschieht; s. Cic. de or. 1, 255; 2, 12. 209; Tusc. 3, 55; Lael. 51; Fronto Ep. p. 64, 25 Nb.; vgl. Cic. Tusc. 4, 50; de n. d. 1, 57. — *secundum Furium . .*] der 5, 49, 7 erwähnte Triumph; das Unglück bei Caudium wird so der Zerstörung Roms durch die Gallier an die Seite gestellt, obgleich es nach der Darstellung des Liv. selbst (s. 10, 6) als nicht so bedeutend, mehr als eine Schmach erscheint. — *praecipuum*] ist, wie es scheint, nur auf *Papiri* zu beziehen; vgl. 22, 9.

11. *error*] Schwanken, Ungewifsheit; s. 1, 24, 1; Cic. de n. d. 1, 2; anders das folgende *erratum*. — *Cursorne . .*] in den Triumphalfasten (s. 16, 11) steht: *Cursor II. cons. III.*; in den Konsularfasten ist der Zuname ausgefallen, war aber, wie in späteren Fasten, wahrscheinlich *Mugilanus III.* Die Verschiedenheit ist wohl wie 8, 23, 17 zu erklären; s. Mms. Chron. 112; CIL. I S. 445. 483. Liv. folgt derselben Quelle wie 7, 15 in dem Zusatz *tertium*; denn nach 16, 11 ff. hält er *Cursor* für richtig. Ebenso nennt er den Aulius im folgenden *iterum consul* nach dem 8, 37, 3 nur als Nebenquelle benutzten Annalisten; bei Diod. 18, 58 heifst er *Aelius*.

16. Besiegung der Frentaner; Eroberung von Satricum; Papirius Cursor. Dio Cass. fr. 36, 23 f.

1. *convenit*] s. 6, 12, 6; im Gegensatze zu 15, 9: *ambigi*. — *iam inde*] von da an nun weiter; vgl. 17, 10; 44, 17, 7. — *reliqua belli*] s. zu 21, 1, 6. — *Frentanis*] ein nördlich von Apulien wohnender samnitischer Volksstamm, der aber 2, 6 und 13, 6 als mit Rom befreundet gedacht wird. Der Name der Stadt, wie 8, 15, 4 nicht genannt, war vielleicht *Frentrum*; s. Mms. UD. 309 f.; vgl. zu 20, 9. — *uno*] in einem einzigen (mehr bedurfte es nicht); s. 1, 51, 3.

2. *Satricanis*] s. 12, 5. — *cives . .*] wann in die Stadt, die 8, 1, 2 (vgl. 7,

praesidiumque eorum in urbem acceperant, rem gessit. nam 3
cum ad moenia Satrici admotus esset exercitus legatisque missis
ad pacem cum precibus petendam triste responsum ab consule
redditum esset, nisi praesidio Samnitium interfecto aut tradito
ne ad se remearent, plus ea voce quam armis inlatis terroris co-
lonis iniectum. itaque subinde exsecuntur quaerendo a consule 4
legati, quonam se pacto paucos et infirmos crederet praesidio
tam valido et armato vim adlaturos. ab iisdem consilium petere
iussi, quibus auctoribus praesidium in urbem accepissent, disce-
dunt aegreque impetrato, ut de ea re consuli senatum responsa- 5
que ad se referri sineret, ad suos redeunt. duae factiones sena- 6
tum distinebant, una, cuius principes erant defectionis a populo
Romano auctores, altera fidelium civium. certatum ab utrisque
tamen est, ut ad reconciliandam pacem consuli opera navaretur.
pars altera, cum praesidium Samnitium, quia nihil satis praepa- 7
rati erat ad obsidionem tolerandam, excessurum proxima nocte
esset, enuntiare consuli satis habuit, qua noctis hora quaque
porta et quam in viam egressurus hostis foret; altera, quibus 8
invitis descitum ad Samnites erat, eadem nocte portam etiam
consuli aperuerunt armatosque clam nocte in urbem acceperunt. ita duplici proditione et praesidium Samnitium insessis 9
circa viam silvestribus locis necopinato oppressum est et ab urbe
plena hostium clamor sublatus; momentoque unius horae caesus

27, 2 ff.) sich noch in der Macht der Volsker befindet, wieder eine Kolonie geführt worden ist (s. 6, 16, 6; Mms. MW. 313), hat Liv. nicht bemerkt. Aus dem Folgenden geht hervor, dafs sie der Übermacht der, wohl infolge des Sieges bei Caudium, bis an das Volskergebirge vorgedrungenen Samniten gewichen ist.

3. *Satrici*]* — *cum precibus*] 'unter Bitten'; s. 11, 3; der blofse Ablativ 2, 2, 8; vgl. 1, 16, 3.

4. *subinde*] s. 7, 10, 10. — *exsecuntur** *quaerendo*] s. 3, 11. — *paucos*] Liv. denkt an die geringe Zahl (300) der Kolonisten. — *crederet*]* — *ab iisdem*] s. 15, 4; das Asyndeton hebt den Gegensatz.

5. *impetrato*] s. 30, 10; nach einem neuen Versuche, den Konsul zu erbitten; sonst würde es dem vorhergehenden *discedunt* widersprechen. — *senatum*] s. zu 6, 21, 8. — *se*] nämlich Papirius.

6. *factiones .. distinebant*] s. 5, 20, 4: *duae senatum distinebant sententiae.* — *fidelium civium*] es wäre auffallend, wenn diese nicht vorher vertrieben oder getötet worden wären. — *tamen*] s. 8, 10, 3; obgleich die eine Partei den Römern feindlich war.

7. *nihil .. praeparati*] s. zu 22, 40, 8. — *enuntiare*] 'offen mitteilen', was im geheimen beschlossen war. — *foret*] = *esset*, wie oft bei Livius.

8. *altera .. aperuerunt*] der Plural, weil schon mit *quibus invitis* die Genossen der Partei kenntlich gemacht sind; vgl. zu 2, 14, 8. — *descitum .. erat*] s. 26, 14, 9. — *clam nocte**] eine häufige, sprichwörtliche Verbindung; vgl. 2, 3, 7; 10, 27, 4.

9. *hostium*] näml. *Romanorum.* — *momentoque ..*] s. zu 21, 14, 3.

Samnis, Satricanus captus, et omnia in potestate consulis erant.
10 qui quaestione habita, quorum opera defectio esset facta, quos
sontes conperit virgis caesos securi percussit praesidioque valido
11 inposito arma Satricanis ademit. inde ad triumphum decessisse
Romam Papirium Cursorem scribunt, qui eo duce Luceriam re-
12 ceptam Samnitesque sub iugum missos auctores sunt. et fuit vir
haud dubie dignus omni bellica laude, non animi solum vigore
13 sed etiam corporis viribus excellens. praecipua pedum perni-
citas inerat, quae cognomen etiam dedit, victoremque cursu
omnium aetatis suae fuisse ferunt, seu crurum vi seu exercita-
14 tione multa, cibi vinique eundem capacissimum; nec cum ullo
asperiorem, quia ipse invicti ad laborem corporis esset, fuisse
15 militiam pediti pariter equitique; equites etiam aliquando ausos
ab eo petere, ut sibi pro re bene gesta laxaret aliquid laboris;
16 quibus ille: ‘ne nihil remissum dicatis, remitto’, inquit ‘ne uti-

— *captus*] die Stadt wird als eine eroberte betrachtet, da der Verrat von einzelnen ausgegangen und nichts für die Gesamtheit ausbedungen war; s. 8, 25, 12. 26, 6. — *et*] ‘und so’; die beiden vorhergehenden, chiastisch geordneten Glieder gelten als ein Ganzes; vgl. zu 4, 3, 7.

10. *virgis caesos* . .] vgl. 24, 15; 6, 10, 5. — *arma* . . *ademit*] diese Strafe wird hier zum ersten Male erwähnt, später oft; s. 28, 34, 7.

11. *triumphum*] s. 15, 10; nach den Triumphalfasten *L. Papirius Sp. f. L. n. Cursor II. cos. III. de Samnitibus an. CDXXXIV. X. K. Septembr.* — *qui eo duce* . .] sie nahmen also an, dafs er im J. 434 nicht nach Rom zurückgegangen sei und triumphiert habe, was in dieser Zeit sehr selten ist, wenn auch die Kontinuation des Konsulats bisweilen vorkommt.

12. *et*] ‘und in der That’; die hier eingeschobene Charakteristik (s. 7, 33, 1 f.) soll die Kap. 17 folgende Betrachtung vorbereiten.

13. *pernicitas*] s. 7, 33, 2: *velocitatis viriumque* . . *certamina ineunt*; 22, 59, 10. — *cognomen etiam dedit*] der Zuname wird schon dem Grofsvater des hier genannten Papirius beigelegt; s. 6, 11, 1; vgl. 9, 34, 20. Es liegt also entweder ein Irrtum des Liv. vor (vgl. zu 4, 29, 6), oder er will sagen, dafs Lucius diesen Namen mit besonderem Rechte geführt habe, worauf *victoremque* . . hindeutet; vgl. 5, 31, 2. — *seu crurum* vi* . .] vgl. Zon. 7, 26: *Κούρσωρ ὀνομαζόμενος διά τε τὴν ἕξιν, ἦν γὰρ δρομικώτατος, καὶ διὰ τὴν ἄσκησιν τοῦ δρόμου.* Die zweite von Liv. erwähnte Eigenschaft (*cibi* . .) wird von Zonaras gar nicht, von Dio in anderer Beziehung berührt: *τὸ μὲν μὴ εἶναί με μεθυστικὸν παντί που δῆλον, . . καὶ ὑπὸ τοῦ μὴ δύνασθαι ῥᾳδίως ὕπνον λαχεῖν, τὸν οἶνον κατακοιμήσοντά με παραλαμβάνω*; vgl. Nieb. RG. 3, 293.

14. *cum*] vgl. 13, 6. — *asperiorem* . .] vgl. 42, 34, 7. — *invicti ad*] vgl. 31, 35, 6: *insuetus ad*; zu 12, 8.

15. *etiam* . .] so hätten auch einmal . .

16. *quibus ille* . .] Übergang in die Orat. recta; s. zu 1, 13, 3 und 35, 49, 5; vgl. zu 4, 28, 4; zu dem Dativ bei *inquit* vgl. 7, 34, 4. — *remitto, . . ne utique* . .] ich

que dorsum demulceatis, cum ex equis descendetis.' et vis erat in eo viro imperii ingens pariter in socios civesque. Praenestinus praetor per timorem segnius ex subsidiis suos duxerat in primam aciem; quem cum inambulans ante tabernaculum vocari iussisset, lictorem expedire securem iussit, ad quam vocem exanimi stante Praenestino: 'agedum, lictor, excide radicem hanc' inquit 'incommodam ambulantibus' perfusumque ultimi supplicii metu multa dicta dimisit. haud dubie illa aetate, qua nulla virtutum feracior fuit, nemo unus erat vir, quo magis innixa res Romana staret. quin eum parem destinant animis magno Alexandro ducem, si arma Asia perdomita in Europam vertisset. 16 17 18 19

Nihil minus quaesitum a principio huius operis videri potest, quam ut plus iusto ab rerum ordine declinarem varietatibusque distinguendo opere et legentibus velut deverticula amoena et requiem animo meo quaererem; tamen tanti regis ac ducis mentio, 17 2

gewähre euch die Erleichterung, dafs ihr nicht notwendig . .; vgl. 19, 15; 24, 28, 7. — *dorsum demulceatis*] *dorsum* wird gewöhnlich von dem Rücken der Tiere gesagt, von dem der Menschen in der Regel nur dann, wenn sie Lasten tragen; daher ist an u. St. wohl der Rücken der Pferde zu verstehen, den zu streicheln ohnehin nicht geboten war.

17. *Praenestinorum praetor*] der oberste Magistrat in Präneste, der als solcher (s. 8, 11, 4) das Kontingent seines Staates den Römern zugeführt hat und jetzt dasselbe (etwa als *praefectus cohortis Praenestinae*; s. 25, 14, 4) kommandiert; vgl. 23, 19, 17. — *per timorem*] s. 22, 59, 3; zu 45, 36, 8. — *ex subsidiis*] 'aus der Reserve' (in der zweiten Linie).

18. *exanimi stante*] s. zu 1, 21, 1; vgl. Dio fr. 36, 24. — *multa*] ist hier = *nota*, wie 24, 16, 13; sonst bedeutet es speziell Geldstrafe nach Digest. 49, 16, 3, 1: *poenae militum huiusce modi sunt: castigatio, pecuniaria multa, munerum indictio* . .; vgl. Marq. StVw. 2, 552.

19. *nemo unus*] kein einzelner, wenn auch viele andere tüchtig waren, bot eine solche Stütze wie Papirius; s. zu 3, 14, 4. — *innixa*] s. 6, 1, 4. — *parem*] einen (ihm gewachsenen) Gegner; s. 24, 8, 2; zu 22, 27, 3. — *destinant* animis*] vgl. 24, 14 und zu 6, 6, 7; dieser Ausspruch wie die folgende Digression ist gegen die 18, 6 ausgesprochene Behauptung der Griechen gerichtet. — *magno*] s. zu 1, 46, 6.

17—19. Vergleichung der römischen Macht mit der macedonischen zur Zeit Alexanders des Grofsen. Oros. 3, 15.

1. *a principio* . .] gleich von Anfang an konnte ich (da die Geschichte des römischen Volkes, der dieses mein Werk gewidmet ist, an sich schon einen so reichlichen Stoff bietet) nichts weniger beabsichtigen, als . . — *varietatibus* . .] durch mannigfaltigen, abwechselungsreichen Stoff . .; vgl. Tac. H. 2, 50: *fictis oblectare legentium animos.* — *legentibus*] s. Praef. 4. — *deverticula*] Episoden, die gleichsam zum Ausruhen einladen. — *requiem*] Erholung, näml. von dem anstrengenden Studium der Geschichtsquellen. Die Stellung der Worte ist chiastisch. — *quaererem*] nach *quaesitum*, wie vorher *opere* nach *operis*, ist wohl nicht beabsichtigt; s. 44, 10.

quibus saepe tacitis cogitationibus volutavi animum, eas evocat
in medium, ut quaerere libeat, quinam eventus Romanis rebus,
3 si cum Alexandro foret bellatum, futurus fuerit. plurimum in
bello pollere videntur militum copia et virtus, ingenia imperato-
rum, fortuna per omnia humana, maxime in re bellica potens:
4 ea et singula intuenti et universa, sicut ab aliis regibus gentibus-
que, ita ab hoc quoque facile praestant invictum Romanum im-
5 perium. iam primum, ut ordiar ab ducibus conparandis, haud
equidem abnuo egregium ducem fuisse Alexandrum; sed clario-
rem tamen eum facit, quod unus fuit, quod adulescens in incre-
6 mento rerum, nondum alteram fortunam expertus, decessit. ut
alios reges claros ducesque omittam, magna exempla casuum hu-
manorum, Cyrum, quem maxime Graeci laudibus celebrant, quid
nisi longa vita, sicut Magnum modo Pompeium, vertenti prae-
7 buit fortunae? recenseam duces Romanos, nec omnes omnium
aetatium, sed ipsos eos, cum quibus consulibus aut dictatoribus
8 Alexandro fuit bellandum, M. Valerium Corvum, C. Marcium Ru-
tilum, C. Sulpicium, T. Manlium Torquatum, Q. Publilium Phi-
lonem, L. Papirium Cursorem, Q. Fabium Maximum, duos De-
9 cios, L. Volumnium, M'. Curium? deinceps ingentes secuntur

2. *quibus .. eas*] st. (*mentio*) *tacitas cogitationes evocat, quibus ..*; das Substantivum ist in den voranstehenden Relativsatz gezogen, wie 22, 14, 6; vgl. zu 1, 1, 3. — *volutavi ..**] der Ausdruck ist ungewöhnlich; denn sonst heifst es: *rem animo* (oder *in animo*) *volutare*; s. zu 42, 11, 5.

3. *ingenia imperatorum*] s. Cic. de imp. Pomp. 28. — *fortuna ..*] vgl. Caes. BG. 6, 30, 2: *multum cum in omnibus rebus tum in re militari potest fortuna*; BC. 3, 68, 1; Cic. de off. 2, 19 u. a. — *per ..*] *per* bezeichnet die Verbreitung über etwas hin; = *in omnibus rebus humanis*. — *re bellica**] vgl. 4, 41, 2. — *potens*] vgl. 28, 42, 9; 42, 30. 3.

4. *intuenti .. praestant*] wenn man .. betrachtet, geben sie die Gewähr, die Überzeugung von der Unüberwindlichkeit; zum Dativ vgl. 19, 8; 7, 10, 6; 10, 30, 4. — *regibus gentibusque*] d. h. von Königen beherrschte und freie Nationen.

5. *iam primum*] s. 1, 1, 1. — *quod unus*] weil er alles allein ausführte, in Rom dagegen mehrere zusammen oder nacheinander an der Spitze standen. — *in incremento*] 'im Werden'; vgl. 29, 26, 5. — *alteram*] das andere, entgegengesetzte (s. zu 21, 9, 4), d. h. den Wechsel des Glücks.

6. *exempla casuum*] s. 45, 41, 10; Curt. 5, 5, 5: *fortunae exempla*. — *Cyrum .. praebuit*] = hat .. hin-(preis-)gegeben, blofsgestellt; s. Herod. 1, 214; Diod. 2, 44; Iustin 1, 8; vgl. dagegen Xen. Cyr. 8, 7. — *vertenti*] s. zu 2, 3, 3; vgl. 40, 21. — *celebrant*] hauptsächlich Xenophon.

7. *recenseam ..*] d. h. alle diese Feldherren würden jeder für sich schon (s. § 10) Alexander nicht nachstehen. — *fuit bellandum*] 'hätte .. müssen'.

8. *Rutilum*]* — *Sulpicium*] s. 24, 1; der 7, 9 genannte kann nicht gemeint sein. — *Publilium*]* — *Volumnium*] s. 42, 2. — *Curium*] s.

viri, si Punicum Romano praevertisset bellum seniorque in Italiam traiecisset. horum in quolibet cum indoles eadem, quae in 10
Alexandro, erat animi ingeniique, tum disciplina militaris, iam inde ab initiis urbis tradita per manus, in artis perpetuis praeceptis ordinatae modum venerat. ita reges gesserant bella, ita 11
deinde exactores regum Iunii Valeriique, ita deinceps Fabii, Quinctii, Cornelii, ita Furius Camillus, quem iuvenes ii, quibus cum Alexandro dimicandum erat, senem viderant. militaria opera 12
pugnando obeunti Alexandro — nam ea quoque haud minus clarum eum faciunt — cessisset videlicet in acie oblatus par Manlius Torquatus aut Valerius Corvus, insignes ante milites quam duces, cessissent Decii, devotis corporibus in hostem ru- 13
entes, cessisset Papirius Cursor illo corporis robore, illo animi! victus esset consiliis iuvenis unius, ne singulos nominem, sena- 14
tus ille, quem qui ex regibus constare dixit unus veram speciem

Per. 11; schon dieser wie der jüngere Decius würden Alexander nur haben entgegentreten können, wenn er ziemlich bejahrt den Krieg begonnen hätte; Liv. nimmt an, dafs dies erst bei der zweiten Reihe, die § 9 parenthetisch nur im allgemeinen bezeichnet ist, geschehen sein würde.

9. *deinceps*] unmittelbar darnach, etwa Fabricius, Coruncanius u. a. — *si* ..] d. h. mit denen er hätte kämpfen müssen, wenn .. — *Punicum Romano*] s. zu 8, 5, 3. — *praevertisset*] s. zu 2, 24, 5: wenn er eher mit Karthago als mit Rom ..; über die Sache s. Iustin 21, 6; Curt. 4, 4, 18.

10. *horum* ..] alle diese wären Alexander gleich gewesen an Geist, Kenntnis des Kriegswesens, persönlicher Tapferkeit (§ 13) und Kriegskunst (§ 15). — *indoles* ..] s. 4, 9; 29, 31, 2; produktive Kraft des Geistes und Thatkraft. — *tum* .. *venerat*] ist in selbständiger Form ausgedrückt, während man, da doch wohl gesagt werden soll, dafs sie ein gemeinsames Eigentum aller gewesen sei, erwartet: *disciplina militaris, quae* .. — *per manus*] s. 1, 3, 9. — *in artis* ..] die Kriegskunst, von einem auf den andern übergegangen, hatte sich gleichsam zu einem nach zusammenhängenden Regeln geordneten System entwickelt.

11. *ita*] in dieser Weise, wie sie in § 10 als bekannt bezeichnet ist; die 8, 8, 3ff. erwähnten Veränderungen werden nicht beachtet. — *iuvenes*] wohl nicht alle, namentlich nicht Valerius Corvus, die Decier, Curius. — *dimicandum erat*] s. 2, 5, 5; wie § 7: *fuit bellandum* gesagt.

12. *militaria opera*] gemeint ist, wie *pugnando* zeigt, die persönliche Teilnahme am Kampfe; daher auch im folgenden *milites*. — *oblatus par*] als Gegner auf ihn gestofsen; s. 7, 33, 2.

13. *illo* .. *illo*] s. 45, 19, 15.

14. *consiliis*] bezeichnet hier der persönlichen Tapferkeit gegenüber die Kriegspläne, die später wenigstens auch im Senate verhandelt wurden; s. 28, 40, 4 ff. Dies ist auch wohl der Grund, weshalb die Vergleichung der Feldherrntalente unterbrochen wird. Zu dem Satze ist wieder *videlicet* zu denken. — *unus*] Kineas; s. Plut. Pyrrh. 19. — *speciem*] Vorstellung, Idee.

15 Romani senatus cepit! id vero erat periculum, ne sollertius quam quilibet unus ex iis, quos nominavi, castris locum caperet, commeatus expediret, ab insidiis praecaveret, tempus pugnae 16 deligeret, aciem instrueret, subsidiis firmaret! non cum Dareo rem esse dixisset, quem mulierum ac spadonum agmen trahentem, inter purpuram atque aurum, oneratum fortunae apparatibus suae, praedam verius quam hostem, nihil aliud quam bene 17 ausus vana contemnere, incruentus devicit. longe alius Italiae quam Indiae, per quam temulento agmine comisabundus incessit, visus illi habitus esset, saltus Apuliae ac montes Lucanos cernenti et vestigia recentia domesticae cladis, ubi avunculus eius 18 nuper, Epiri rex Alexander, absumptus erat. et loquimur de Alexandro nondum merso secundis rebus, quarum nemo intole- 2 rantior fuit. qui si ex habitu novae fortunae novique, ut ita 3 dicam, ingenii, quod sibi victor induerat, spectetur, Dareo magis similis quam Alexandro in Italiam venisset et exercitum Macedoniae oblitum degenerantemque iam in Persarum mores addu- 4 xisset. referre in tanto rege piget superbam mutationem vestis

15. *id vero . .*] das vollends erst (oder: das wahrlich); ironisch, wie 18, 6; Plin. Ep. 8, 6, 9 und vorher *videlicet*. — *quilibet unus*] jeder beliebige einzelne; s. 6, 40, 6; 37, 54, 12; vgl. 16, 19: *nemo unus*. Zur Sache vgl. das Urteil Hannibals 35, 14, 8: *Pyrrhum castra metari primum docuisse; ad hoc neminem elegantius loca cepisse, praesidia disposuisse*. Das Homoioteleuton in *caperet, expediret* ist wohl beabsichtigt; vgl. 43, 1, 9. In dem Satze ist die höhere Kriegskunst, verschieden von der *disciplina militaris* § 10, dargestellt.

16. *non*] wahrlich nicht; das Asyndeton hebt den Gegensatz. — *trahentem*] näml. *secum*; die ungeordnete Masse mit Mühe mit sich schleppend; vgl. 10, 20, 3. — *inter purpuram . .*] d. h. umgeben von Menschen in . .; s. 40, 5. — *verius*] s. 40, 5; zu 1, 56, 9. — *bene ausus . .*] es bedurfte nur des mutigen Entschlusses, jene Macht als eine eitle zu verachten. — *incruentus*] s. zu 4, 28, 7.

17. *comisabundus*] findet sich zuerst bei Liv.; s. zu 3, 29, 5; vgl. zu 3, 3, 10; zur Sache vgl. Curt. 9, 10, 24. — *saltus Apuliae*] die Gebirge an der Westgrenze Apuliens; diese hätte Alexander, wenn er von Griechenland aus in Apulien landete, zuerst gesehen. — *vestigia*] s. 8, 24, 1.

18. Das Übergewicht Alexanders wird zweifelhaft wegen seines Übermutes und seiner Schwelgerei (§ 1—5); seine Gröfse würde die Römer nicht geblendet haben (§ 6—8).

1. *et*] 'und zwar'. — *merso*] vgl. 6, 14, 7. — *intolerantior*] vielleicht von Liv. zuerst gebraucht.

2. *ingenii, quod sibi . . induerat*] s. 1, 56, 7; 3, 33, 7; Curt. 6, 6, 5.

3. *si . . spectetur . . venisset*] kurz statt *si spectetur, appareat eum, si venisset, venturum fuisse*. — *Alexandro*] statt *sibi*, um den Gegensatz zu heben. — *degenerantem . .*] schon in der Ausartung begriffen, welche zu den persischen Sitten führen mufste; s. 34, 15; 22, 14, 6.

4. *referre*] s. 8, 11, 1. — *in*] s.

et desideratas humi iacentium adulationes, etiam victis Macedonibus graves, nedum victoribus, et foeda supplicia et inter vinum et epulas caedes amicorum et vanitatem ementiendae stirpis. quid? si vini amor in dies fieret acrior, quid? si trux ac praefervida ira — nec quicquam dubium inter scriptores refero —, nullane haec damna imperatoriis virtutibus ducimus? id vero

6, 20, 12; 8, 26, 7. — *desideratas .. adulationes*] die Forderung fußfälliger Huldigungen; *adulationes* ist der eigentliche Ausdruck für die Ehrenbezeugung der Orientalen; s. Curt. 8, 5, 6: *volebat . . more Persarum Macedonas venerabundos ipsum salutare prosternentes humi corpora* (προσκυνεῖν). — *victis*] kondizional; s. 19, 9; 1, 6, 4; 2, 13, 8; 6, 14, 4; 21, 43, 5: *praemia vobis ea victoribus proponit.* — *supplicia*] des Philotas; s. Curt. 6, 11, 34. — *caedes amicorum*] des Clitus; s. Curt. 8, 1, 51; zu *amicorum* vgl. 31, 28, 5. — *vanitatem ..*] eine seltene Verbindung; anders Plin. 7, 189; zur Sache s. 26, 19, 7: *famam in Alexandro .. vulgatam, et vanitate et fabula parem*; Curt. 8, 5, 5: *Iovis filium non dici tantum se, sed etiam credi voluit.*

5. *quid?*] zur Einführung eines wichtigeren Momentes. — *fieret acrior*] gehört auch zu *si trux .. ira*; vgl. dagegen Curt. 10, 5, 34: *iracundiam et cupidinem vini sicuti iuventa irritaverat, ita senectus mitigare potuisset.* — *nec quicquam ..*] während so vieles über Alexander gefabelt wurde. — *virtutibus*] zu dem Dativ vgl. 19, 7. 40, 3; 2, 44, 8.

6. *id vero*] s. 17, 15. — *levissimi ..*] der Superlativ, weil Liv. die Griechen überhaupt nicht hoch stellt; s. 8, 22, 8; 31, 44, 3. Wahrscheinlich ist der mit Liv. gleichzeitige griechische Historiker Timagenes gemeint; s. Sen. contr. X 5, 22: (*Timagenes*) *ex captivo cocus, ex coco lecticarius, ex lecticario usque in amicitiam Caesaris enixus, usque eo utramque fortunam contempsit, et in qua erat et in qua fuerat, ut, cum illi multis de causis iratus Caesar interdixisset domo, combureret historias rerum ab illo gestarum*; vgl. Curt. 9, 5, 20; Sen. de ira 3, 23; Quint. 10, 1, 75. Dieser, ein Feind des Augustus und der Römer überhaupt (vgl. Sen. Ep. 14, 3 (91), 13: *Timagenes felicitati urbis inimicus aiebat Romae sibi incendia ob hoc unum dolori esse, quod sciret meliora surrectura quam arsissent*), scheint, als Augustus bereits i. J. 724 (s. Dio 51, 18) in die Verhältnisse der Parther eingriff, in Bezug auf die Niederlagen des Crassus und Antonius (vgl. 19, 16) die römische Macht als unzureichend zu einem Kriege mit diesem Volke verhöhnt und dabei Alexanders Macht weit über sie erhoben zu haben. Gegen diese Geringschätzung und Verspottung nimmt Liv. nicht ohne Bitterkeit (s. 17, 12: *videlicet*; 17, 15: *id vero*; 18, 4. 6) und nicht ohne Überschätzung derselben (s. Nieb. RG. 3, 195) die römische Macht in Schutz. Die Episode scheint vor 731 geschrieben zu sein, da in diesem Jahre nach Dio 53, 33 die Parther Gesandte nach Rom schickten und die Entscheidungen ihrer Streitigkeiten dem Senate antrugen; denn dies würde Liv. seinem Gegner zu erwidern nicht unterlassen haben. Hätte er aber diese Worte nach 734 geschrieben, als schon die Fahnen und die Gefangenen von den Parthern zurückgegeben waren (s. Mon. Anc. 5, 40; Hor. Epist. 1, 18, 56; Prop. 3, 4, 6; Strabo 6, 4, S. 288; Cassiod. u. d. J. 726 u. 734), so würde er schwerlich dieses ruhmvolle Er-

periculum erat, quod levissimi ex Graecis, qui Parthorum quoque contra nomen Romanum gloriae favent, dictitare solent, ne maiestatem nominis Alexandri, quem ne fama quidem illis notum 7 arbitror fuisse, sustinere non potuerit populus Romanus, et adversus quem Athenis, in civitate fracta Macedonum armis, cernentes tum maxime prope fumantes Thebarum ruinas contionari libere ausi sint homines, id quod ex monumentis orationum patet, adversus eum nemo ex tot proceribus Romanis vocem liberam missurus fuerit!

8 Quantalibet magnitudo hominis concipiatur animo; unius tamen ea magnitudo hominis erit, collecta paulo plus decem an- 9 norum felicitate; quam qui eo extollunt, quod populus Romanus, etsi nullo bello, multis tamen proeliis victus sit, Alexandro nullius pugnae non secunda fortuna fuerit, non intellegunt se hominis res gestas, et eius iuvenis, cum populi iam quadringente- 10 simum bellantis annum rebus conferre. miremur, si, cum ex hac parte saecula plura numerentur quam ex illa anni, plus in tam longo spatio quam in aetate tredecim annorum fortuna va- 11 riaverit? quin tu hominis cum homine et ducis cum duce fortu-

eignis verschwiegen und 19, 16 nur einen Krieg in Aussicht gestellt haben. — *ne .. non potuerit*] s. 10, 25, 14. — *nominis*] ‘schon des bloſsen Namens’, was durch die Relativsätze *quem .. fuisse* und *adversus quem ..* widerlegt wird. Ob Liv.’ Ansicht *quem .. arbitror fuisse* richtig ist, oder ob die Römer an Alexander (s. Plin. 3, 57) und dieser an die Römer (s. Strabo 5, 3, S. 232) Gesandte geschickt haben, ist zweifelhaft; s. Nieb. RG. 1, 472; Mms. RG. 1⁷, 382. — *potuerit*] kondizional, unabhängig = *potuit*.

7. *cernentes*]* — *prope*] s. 23, 42, 5. — *contionari ..*] Demosthenes, Lykurg u. a. — *sint*]*

8—19. Der dritte der 17, 3 erwähnten Vergleichungspunkte wird hier eingeschoben: auch das Glück hat beide Parteien begünstigt, aber das Glück Alexanders war nur von kurzer Dauer (§ 9—11); römische Feldherren haben durch ihre Tüchtigkeit und ihr Glück trotz vielfacher Hindernisse Groſses ausgeführt (§ 12 ff.).

8. *quantalibet*] s. 39, 37, 14. — *hominis*] des Mannes; dagegen § 9: eines einzelnen Menschen, im Gegensatze zum Volke; zu *unius hominis* vgl. Curt. 4, 14, 18: *Alexander .. unum animal est.*

9. *nullo bello*] vgl. Lucil. 26, 45: *Romanus populus victus vi, superatus proeliis saepest multis, bello vero numquam. — et eius iuvenis*] und zwar eines jungen Mannes, den das Glück noch hätte verlassen können; s. 17, 5 f. — *quadringentesimum**] Liv. vergleicht hier und im folgenden die Macht Roms, wie sie zu Alexanders Zeit war, mit der macedonischen.

10. *saecula plura*] da *tredecim annorum* folgt, sind unter *saecula* Menschenalter zu 33 Jahren zu verstehen; s. zu 4, 32, 3. Dreizehn *saecula* seit Gründung der Stadt führen auf die Zeit Alexanders.

11. *quin tu*] s. 10, 7. — *hominis cum homine .. fortunam**] eine in Vergleichungen gewöhnliche Brachylogie; s. 10, 3; der volle Ausdruck z. B. 44, 1, 12.

nam confers? quot Romanos duces nominem, quibus numquam 12
adversa fortuna pugnae fuit! paginas in annalibus magistratuum
fastisque percurrere licet consulum dictatorumque, quorum nec
virtutis nec fortunae ullo die populum Romanum paenituit. et, 13
quo sint mirabiliores quam Alexander aut quisquam rex, denos
vicenosque dies quidam dictaturam, nemo plus quam annum con-
sulatum gessit; ab tribunis plebis dilectus inpediti sunt; post 14
tempus ad bella ierunt, ante tempus comitiorum causa revocati
sunt; in ipso conatu rerum circumegit se annus; collegae nunc 15
temeritas nunc pravitas inpedimento aut damno fuit; male gestis
rebus alterius successum est; tironem aut mala disciplina insti-
tutum exercitum acceperunt. at hercule reges non liberi solum 16
inpedimentis omnibus sed domini rerum temporumque trahunt
consiliis cuncta, non secuntur. invictus ergo Alexander cum in- 17
victis ducibus bella gessisset et eadem fortunae pignora in dis-

12. *nominem*] könnte ich (oder: soll ich) nennen. — *paginas*] findet sich auch sonst bei den Magistratsverzeichnissen genannt; vgl. Plin. Paneg. 92, 2: *non alia nos pagina quam te consulem accipiet*; Auson. Paneg. 11: *pagina fastorum suorum*. — *annalibus magistratuum**] gemeint sind die *libri lintei*, welche im Tempel der Iuno Moneta auf dem Kapitole aufbewahrt wurden (s. 4, 7, 12); diese *libri lintei* waren Magistratsverzeichnisse und werden als solche 4, 20, 8 direkt *magistratuum libri* genannt (mit letzterem Ausdruck werden sonst die *libri* der einzelnen Magistraturen bezeichnet; s. 4, 7, 10; 39, 52, 4). — *consulum dictatorumque*] gehört nicht als Apposition zu *magistratuum*, da es besondere *fasti dictatorum* nicht gab, sondern zu *paginas*; der ganze Ausdruck bedeutet also: die Seiten in den . . ., wo Konsuln und Diktatoren verzeichnet waren; vgl. Cic. ad Att. 4, 8^{b}, 2: *non minus longas iam in codicillorum fastis futurorum consulum paginulas habent quam factorum*; zur Sache s. Schwegler 1, 17; M. Voigt, Leges regiae S. 109. — *ullo die*] auch nur an einem Tage; stärkerer Ausdruck als *umquam*.

13. *et, quo sint . .*] und, wodurch (worin) sie noch . . sein dürften, ist (das), dafs . .; *quo* nicht = *ut eo*. — *quisquam rex*] s. zu 8, 40, 5. — *denos vicenosque*] die einen 10, die anderen 20; also *vicenosque** dem Sinne nach = *vicenosve*, wie § 19; vgl. zu 6, 2.

14. *post tempus*] nach der rechten (günstigen) Zeit, ebenso im folgenden: *ante tempus* und oft bei Liv. *in tempore*. — *conatu*] s. 32, 28, 4; d. h. gerade wenn sie ihre Unternehmungen begonnen hatten, im besten Zuge waren; vgl. 24, 8, 8. — *circumegit se annus*] hat Liv. oft, vor ihm schon Lucrez gebraucht.

15. *nunc . . nunc*] s. 10, 14, 12; zu 2, 9, 1.

16. *domini*] vgl. Dem. Olynth. 1, 4: *τὸ γὰρ εἶναι πάντων ἐκεῖνον ἕνα ὄντα κύριον καὶ ῥητῶν καὶ ἀποῤῥήτων καὶ ἅμα στρατηγὸν καὶ δεσπότην καὶ ταμίαν*; Tac. Ann. 2, 73: *solus arbiter rerum*. — *consiliis*] näml. *suis*. — *non secuntur*] näml. *aliorum consilia*; zu *trahunt . . non secuntur* vgl. 40, 10.

17. *invictus*] s. zu 33, 11, 7. — *pignora*] die Chancen, dafs das Glück ihnen günstig sein werde, waren bei beiden gleich.

18 crimen detulisset; immo etiam eo plus periculi subisset, quod Macedones unum Alexandrum habuissent, multis casibus non
19 solum obnoxium sed etiam offerentem se, Romani multi fuissent Alexandro vel gloria vel rerum magnitudine pares, quorum suo quisque fato sine publico discrimine viveret morereturque.

19 Restat, ut copiae copiis conparentur vel numero vel militum genere vel multitudine auxiliorum. censebantur eius aetatis lu-
2 stris ducena quinquagena milia capitum. itaque in omni defectione sociorum Latini nominis urbano prope dilectu decem scri-
3 bebantur legiones; quaterni quinique exercitus saepe per eos annos in Etruria, in Vmbria Gallis hostibus adiunctis, in Samnio,
4 in Lucanis gerebant bellum. Latium deinde omne cum Sabinis et Volscis et Aequis et omni Campania et parte Vmbriae Etruriaeque et Picentibus et Marsis Paelignisque ac Vestinis atque Apulis adiuncta omni ora Graecorum inferi maris a Thuriis Neapolim et Cumas et inde Antio atque Ostiis tenus aut socios vali-

19. *vel . . vel*] man mag das eine oder andere vergleichen; hier wenig verschieden von *et . . et*; vgl. § 13. § 19; 1, 1, 8. — *rerum*] näml. *gestarum*, wie § 9: *rebus* nach vorhergehendem *res gestae*. — *suo quisque fato*] ihr Leben oder Tod, wie es jedem nach dem Fatum bestimmt gewesen wäre, würde nur sie betroffen, auf den Staat keinen Einfluſs gehabt haben. — *viveret morereturque*] Leute, die hätten . . können; zu *que* vgl. § 13.

19. 1. *copiae* . .] es war dies in der Propositio der erste Vergleichungspunkt; s. 17, 3. — *auxiliorum*] Hülfstruppen von fremden Völkern, wie später im römischen Heere. — *censebantur*] Liv. scheint, wie 17, 7. 18, 12 die Fasti, so hier die Tabulae censoriae eingesehen zu haben, obgleich er selbst seit 3, 24, 10 die Zahl der Abgeschätzten nicht angegeben und den in das laufende Jahr fallenden Census (s. fast. Capit. a. u. 435) als solchen nicht bestimmt erwähnt hat; s. 4, 8, 4. 22, 7; 5, 31, 6; 6, 27, 2; 8, 17, 11; 9, 29, 5. 34, 20. — *eius aetatis*] s. zu 2, 56, 7. — *ducena* . .] vgl. 10, 47, 2; Per. 11; 13 ff.; zu 7, 25, 8; Plutarch de fort. Rom. 13 giebt die Zahl der Waffenfähigen für diese Zeit auf 130000 an.

2. *omni*] ist auf *defectione* bezogen statt auf *sociorum*; s. zu 1, 1, 4: *ad maiora*. — *urbano prope* . .] das römische Gebiet aufser der Stadt wird nach dem Abfall der Latiner als gering betrachtet. — *decem*] vgl. 7, 25, 8; Clason 1, 51. 56.

4. *Latium* . .] die Herniker, Sidiciner und Aurunker sind übergangen. — *a Thuriis**] paſst nicht recht zu *ora inferi maris*, da es an der Ostküste liegt und die Römer mit den griechischen Städten an dieser noch kaum in Berührung gekommen waren. — *Neapolim*] ohne *ad*, weil nur die Ausdehnung, nicht eine Bewegung angegeben wird. Neapolis und Cumae sind Seestädte in Kampanien, Antium und Ostia in Latium. — *Ostiis*] ungewöhnliche Form statt *Ostia*; s. 22, 37, 1; 27, 23, 3. — *tenus*] * — *aut socios* . .] d. h. sie würden entweder die Römer im Kampfe gegen Alexander unterstützt haben oder aber, weil bereits geschwächt, für die Unternehmungen der Römer kein Hindernis, für Alexander keine wirksame Hülfe gewesen sein.

dos Romanis aut fractos bello invenisset hostes. ipse traiecisset 5
mare cum veteranis Macedonibus, non plus triginta milibus ho-
minum et quattuor milibus equitum, maxime Thessalorum; hoc
enim roboris erat. Persas, Indos aliasque si adiunxisset gentes,
inpedimentum maius quam auxilium traheret. adde, quod Roma- 6
nis ad manum domi supplementum esset, Alexandro, quod postea
Hannibali accidit, alieno in agro bellanti exercitus consenuisset.
arma clupei sarisaeque illis [id est hastae]; Romano scutum, maius 7
corpori tegumentum, et pilum, haud paulo quam hasta vehemen-
tius ictu missuque telum. statarius uterque miles, ordines servans; 8
sed illa phalanx inmobilis et unius generis, Romana acies distinc-
tior, ex pluribus partibus constans, facilis partienti, quacumque
opus esset, facilis iungenti. iam in opere quis par Romano 9
miles, quis ad tolerandum laborem melior? uno proelio victus
Alexander bello victus esset: Romanum, quem Caudium, quem

5. *triginta milibus*] s. Arrian Anab. 1, 11; vgl. Pol. 12, 19; Curt. 5, 8, 3. — *equitum*] Gegensatz zu *hominum* (= *peditum*); s. 22, 52, 4; vgl. 21, 27, 1; *maxime Thessalorum* gehört zu *equitum*. — *hoc enim* . .] das ganze Heer war gröfser; s. Plut. Alex. 15. — *aliasque* . .] er hätte auch Griechen, Afrer u. a. in Sold nehmen können. — *adiunxisset*] s. 21, 58, 2. — *traheret*] s. 17, 16; das Imperfektum = er hätte mit sich schleppen müssen; das Imperfektum steht seltner so im Hauptsatze, wenn im Nebensatze das Plusqpf. sich findet; s. 33, 5, 2.

6. *adde, quod*] schon bei Lucrez; von Liv. wohl zuerst in Prosa gebraucht. — *esset*] immer zur Hand war, näml. wenn sie derselben bedurft hätten.

7. *arma* . .] die Aufzählung des einzelnen erfolgt ohne Prädikat; vgl. 40, 2. — *clupei* *] s. 8, 8, 3. — *sarisaeque*] s. 37, 42, 4: *usus praelongarum hastarum, sarisas Macedones vocant*; nach Pol. 18, 12 (29) waren sie 14 Ellen lang und wurden im Kampfe so gefafst und vorgestreckt, dafs sie 10 Ellen (gegen 4½ m) vor die Linie hervorragten. — *corpori*] der Dativ ist durch *tegumentum* veranlafst: Schutz für . .; s. 18, 5. 40, 3; Verg. Aen. 7, 689. — *haud paulo*] vgl. 45, 19, 2. — *ictu missuque*] da das Pilum (s. 2, 30, 12; zu 8, 8, 7), als Wurfgeschofs, in der Regel nicht, wie die Hasta, zum Stofse gebraucht wird (s. 7, 23, 8; 10, 29, 6), so bedeutet *ictu* hier schwerlich 'beim Stofsen', sondern 'beim Treffen' und wird durch *missuque* näher erklärt, so dafs *ictu missuque* als Hendiadyoin einen Begriff, die Wirkung des Wurfes, im Gegensatz zu dem Stofse der Sarise, bezeichnet.

8. *statarius* . . *servans*] im Gegensatze zu leichten Truppen; s. 22, 18, 3. — *illa*] d. h. *illorum* (*Macedonum*); s. zu 2, 15, 3. — *inmobilis*] vgl. 33, 9, 10; 44, 41, 7. — *unius generis*] sie hatten alle gleiche Waffen, und infolge dessen war auch die Kampfart bei allen dieselbe. — *distinctior*] wird durch das Folgende erklärt; s. 8, 8, 3 ff. — *partienti*] wenn man trennen und vereinigen will; vgl. zu 17, 4. — *quacumque* . . *esset*] s. 6, 2; zu 21, 35, 2.

9. *iam*] vollends; vgl. 1, 9, 9. — *uno proelio victus*] zu *victus* vgl. 18, 4; ein neuer, unvermittelt hingestellter Gedanke.

10 Cannae non fregerunt, quae fregisset acies? ne ille saepe, etiam
si prima prospere evenissent, Persas et Indos et inbellem Asiam
11 quaesisset et cum feminis sibi bellum fuisse dixisset, quod Epiri
regem Alexandrum, mortifero vulnere ictum, dixisse ferunt, sor-
tem bellorum in Asia gestorum ab hoc ipso iuvene cum sua con-
12 ferentem, equidem cum per annos quattuor et viginti primo Pu-
nico bello classibus certatum cum Poenis recordor, vix aetatem
13 Alexandri suffecturam fuisse reor ad unum bellum; et forsitan,
cum et foederibus vetustis iuncta res Punica Romanae esset et
timor par adversus communem hostem duas potentissimas ar-
mis virisque urbis armaret, simul Punico Romanoque obrutus
14 bello esset. non quidem Alexandro duce nec integris Macedonum
rebus, sed experti tamen sunt Romani Macedonem hostem adver-
sus Antiochum, Philippum, Persen non modo cum clade ulla,
15 sed ne cum periculo quidem suo. absit invidia verbo et civilia
bella sileant: [numquam ab equite hoste] numquam a pedite,
numquam aperta acie, numquam aequis, utique numquam nostris

10. *ne*] s. zu 26, 6, 15. — *prospere* evenissent*] s. zu 22, 38, 11. — *quaesisset*] würde . . vermifst, sich nach . . umgesehen haben.

11. *quod Epiri regem . .*] s. Gell. 17, 21, 33: *eum Molossum, cum in Italiam transiret, dixisse accepimus se quidem ad Romanos ire quasi in andronitin, Macedonem ad Persas quasi in gynaeconitin.* — *cum sua*] näml. *sorte*, = *cum sorte bellorum suorum*, d. h. der ihm durch das Geschick zugefallenen Kriege.

12. *equidem*] in der That.

13. *foederibus*] s. 7, 27, 2. — *res Punica*] das Staatswesen, der Staat. — *adversus*] gehört zu *armaret**. Der Zusammenhang ist: wenn Alexander schon der Ausdauer der Römer würde erlegen sein, so wäre er den vereinten Römern und Karthagern noch weniger gewachsen gewesen, besonders da die Erfahrung der späteren Zeit gezeigt hat, dafs die Phalanx der römischen Kriegskunst nicht widerstehen konnte.

14. *non quidem . .*] s. zu 25, 36, 2; auch hierzu ist aus dem Folgenden *experti sumus* zu denken; vgl. zu 29, 17, 13; Draeger HS. 1, 185. — *adversus Antiochum*] d. h. im Kriege gegen Antiochus. — *Philippum, Persen*] die beiden macedonischen Könige sind zusammengestellt; daher folgen sie hier beide nach Antiochus (gegen die Chronologie). — *non modo . . ulla*] s. 5, 38, 9; zu 4, 21, 6.

15. *absit invidia verbo*] d. h. meine Aufserung möge nicht als Vermessenheit ausgelegt werden; s. 28, 39, 11; 36, 7, 7; vgl. zu 5, 21, 15; Curt. 10, 9, 6. — *civilia bella*] diese sind Liv. noch in lebendiger Erinnerung (s. Einl. 10); er erwähnt sie hier, weil die Niederlagen des Crassus 701 und des Antonius 718 im Kriege mit den Parthern mit denselben in Beziehung stehen. — *sileant*] mögen schweigen, nicht dazwischenreden, nicht hindernd dazwischentreten. — *a pedite*] ist so gesagt, als wenn hinterher *victi sumus* folgte, wofür das mildere *laboravimus* eingetreten ist, das mit *a pedite* nach dem Sprachgebrauche des Liv. nicht direkt verbunden werden kann. — *utique*] s. 16, 16. — *nostris*] s. zu 4, 58, 2.

locis laboravimus; equitem sagittas, saltus inpeditos avia com- 16
meatibus loca gravis armis miles timere potest: mille acies gra- 17
viores quam Macedonum atque Alexandri avertit avertetque, modo
sit perpetuus huius, qua vivimus, pacis amor et civilis cura con-
cordiae.

M. Folius Flaccina inde et L. Plautius Venox consules facti. 20
eo anno ab frequentibus Samnitium populis de foedere renovando 2
legati cum senatum humi strati movissent, reiecti ad populum
haudquaquam tam efficaces habebant preces. itaque de foedere 3

16. *equitem sagittas*] die beiden Begriffe sind zwar getrennt, gehören aber zusammen und beziehen sich auf die in der Handhabung von Pfeil und Bogen geübte Reiterei der Parther; vgl. Hor. Carm. 2, 13, 17: *miles sagittas et celerem fugam Parthi (perhorrescit)*. Die vier Begriffe in § 16 entsprechen denen in § 15. — *timere potest*] es wird nur die Möglichkeit eingeräumt, dafs die römischen Soldaten dem Kampf mit solchen Feinden und an solchen Orten mit Besorgnis entgegengehen, nicht dafs sie in demselben unterliegen werden; doch ist auch dieses Zugeständnis an die *levissimi ex Graecis* unerwartet; vgl. Hor. Carm. 4, 5, 25: *quis Parthum paveat*; Sat. 2, 1, 15.

quod lege finitum erat agri possiderent; nec quisquam ferme est purgatus, vinculumque ingens immodicae cupiditati iniectum est.

Consules novi, Q. Fabius Maximus quartum et P. Decius 14
Mus tertium, cum inter se agitarent, uti alter Samnites hostes, alter Etruscos deligeret quantaeque in hanc aut in illam provin- 2
ciam copiae satis et uter ad utrum bellum dux idoneus magis esset, ab Sutrio et Nepete et Faleriis legati, auctores concilia 3

nach der anderen gemeldet wurde; s. 9, 10. 22, 1. — *haud dubie*] s. zu 2, 36, 6 Anh.

12. *inquit*] solche Unterbrechungen der Abstimmung werden mehrfach erwähnt; s. 9, 11. 15, 7; 26, 22, 4. — *in me*] s. 3, 17, 8. — *facturi*] vorher *acturi* mit geringem Bedeutungsunterschied; s. zu 27, 10, 2.

13. *collegio*] das freundliche Verhältnis, in dem er mit ihm als Kollegen (s. 22, 3. 24, 6. 26, 2) gestanden hat; vgl. Mms. StR. 1^2, 32. — *parente*] s. 4, 17, 9. — *suffragatio*] die Empfehlung eines Kandidaten, gewöhnlich durch den vorsitzenden Magistrat; s. jedoch 4, 44, 2; zu 22, 34, 3. — *quae supererant*] es wird also keine neue Abstimmung vorgenommen. Die Mehrzahl hatte noch nicht gestimmt, weil sonst Decius die Majorität nicht hätte erhalten können; vgl. 15, 7.

14. *plerisque*] ‘sehr viele’, wie nicht selten schon bei Livius; s. 31, 8. 36, 4; 21, 1, 1; 23, 1, 6 u. a. — *dies dicta*] s. 46, 16; zu 2, 35, 2; vor Tributkomitien. — *plus quam ..*] es ist das Licinische Gesetz gemeint (s. zu 6, 35, 5), über dessen Beobachtung, besonders in betreff des Ager publicus (weshalb es auch *possiderent* heifst; s. 2, 41, 2) die Ädilen zu wachen hatten; vgl. 23, 13. 47, 4. — *finitum erat*] s. zu 4, 54, 6. — *vinculumque*] s. 41, 3; 8, 28, 8. — *cupiditati*]*

14–17. Krieg in Samnium.

1. *inter se agitarent*] nach der Analogie von *inter se comparare* gesagt, sonst wird *agitare*, ‘überlegen, verhandeln’, nicht leicht mit *inter se* verbunden; ebenso ungewöhnlich ist, dafs zwei Sätze verschiedener Form davon abhängen, der Satz mit *ut* und die indirekten Fragen (*quantaeque* = *agitarentque, quantae*). Die Konsuln verhandeln das Folgende allein unter sich, ohne den Senat zu befragen; s. Mms. StR. 1^2, 51.

2. *satis*] näml. *essent*, was aus dem Folgenden ergänzt wird. — *uter ad utrum ..*] s. 2, 21, 4; zu 26, 13, 6.

3. *auctores*] vgl. 4, 13, 10; = dadurch dafs sie meldeten (*cum auctores essent*); der Acc. c. inf. hat sich an das blofse Substantivum angeschlossen; vgl. zu 6, 9, 9; Cic. p. Sest. 89; Tac. H. 1, 76.

Etruriae populorum de petenda pace haberi, totam belli molem
4 in Samnium averterunt. profecti consules, quo expeditiores commeatus essent et incertior hostis, qua venturum bellum foret, Fabius per Soranum, Decius per Sidicinum agrum in Samnium
5 legiones ducunt. ubi in hostium fines ventum est, uterque populabundus effuso agmine incedit. explorant tamen latius quam
6 populantur; igitur non fefellere ad Tifernum hostes in occulta valle instructi, quam ingressos Romanos superiore ex loco ado-
7 riri parabant. Fabius inpedimentis in locum tutum remotis praesidioque modico inposito, praemonitis militibus adesse certamen, quadrato agmine ad praedictas hostium latebras succedit.
8 Samnites desperato inproviso tumultu, quando in apertum semel discrimen evasura esset res, et ipsi acie iusta maluerunt concurrere. itaque in aequum descendunt ac fortunae se maiore animo
9 quam spe committunt. ceterum, sive quia ex omnium Samnitium populis, quodcumque roboris fuerat, contraxerant, seu quia discrimen summae rerum augebat animos, aliquantum aperta quoque
10 pugna praebuerunt terroris. Fabius, ubi nulla ex parte hostem loco moveri vidit, Maximum filium et M. Valerium tribunos militum, cum quibus ad primam aciem procurrerat, ire ad equites
11 iubet et adhortari, ut, si quando umquam equestri ope adiutam

4. *qua*] in welcher Richtung; vgl. 12, 5. — *Soranum*] durch das Gebiet der Volsker in das der Caracener. — *Sidicinum*] weiter südlich in das der Pentrer oder Caudiner. Die Sidiciner sind schon lange den Römern unterworfen; s. 8, 16, 2 ff.

6. *fefellere*] 'blieben nicht verborgen', wie *λανθάνω* mit einem Part. verbunden; s. zu 2, 19, 7. — *Tifernum*] s. zu 9, 44, 6. — *quam ingressos*] = *quam si ingressi essent.*

7. *remotis*] auf dem Marsche hatte es sich zwischen den Legionen oder Manipeln befunden. — *quadrato agmine*] wie 7, 29, 6. — *praedictas*] 'die vorher erwähnten'; das Part. findet sich so mehr bei Späteren (z. B. Tac. Ann. 1, 60); gewöhnlich braucht Liv. das Relativum *quae* (*ut, sicut*) *ante* (*supra*) *diximus, dicta* (*scripta, memorata*) *sunt.*

8. *quando*] s. § 11; zu 3, 52, 10. — *semel*] s. 2, 45, 7; 9, 20, 7.

9. *omnium Samnitium populis*] aus der Gesamtheit der samnitischen Völker; hieraus läfst sich abnehmen, dafs nicht immer alle zusammen (s. 7, 31, 11) den Krieg geführt haben; vgl. 38, 3; 9, 20, 2; über *omnium* statt *omnibus* s. zu 1, 1, 4. *Samnitium* ist mit Nachdruck gebraucht, obgleich auch in *contraxerant* die Samniten Subjekt sind. — *quodcumque* ..] s. zu 5, 42, 2. — *fuerat, contraxerant*] s. zu 40, 5, 10. — *discrimen summae rerum*] ein Entscheidungskampf, in dem die Existenz des Staates auf dem Spiele stand; vgl. 6, 22, 9; zu 29, 4, 3. — *augebat*] * — *aperta quoque** ..] zur Situation vgl. 8, 38, 10 ff.

10. *Maximum filium**] s. zu 10, 31, 9; ist eine ungewöhnliche Ausdrucksweise; auch Cic. p. Arch. 6: *Metello illi Numidico et eius Pio filio* ist verschieden; das Gewöhnliche wäre *Q. filium*; vgl. Cic. p. Cluent. 25; Brut. 98; de nat. d. 3, 39.

11. *quando umquam*] s. zu 8, 4, 6.

rem publicam meminerint, illo die adnitantur, ut ordinis eius gloriam invictam praestent: peditum certamine inmobilem ho- 12
stem restare; omnem reliquam spem in impetu esse equitum. et ipsos nominatim iuvenes, pari comitate utrumque, nunc laudibus nunc promissis onerat. ceterum quando, ne ea quoque 13
temptata vis proficeret * * *, consilio grassandum, si nihil vires iuvarent, ratus, Scipionem legatum hastatos primae legionis sub- 14
trahere ex acie et ad montes proximos quam posset occultissime circumducere iubet; inde ascensu abdito a conspectu erigere in montes agmen aversoque hosti ab tergo repente se ostendere. equites ducibus tribunis haud multo plus hostibus quam suis ex 15
inproviso ante signa evecti praebuerunt tumultus. adversus in- 16
citatas turmas stetit inmota Samnitium acies nec parte ulla pelli aut perrumpi potuit; et postquam inritum inceptum erat, recepti post signa proelio excesserunt. crevit ex eo hostium animus, 17
nec sustinere frons prima tam longum certamen increscentemque fiducia sui vim potuisset, ni secunda acies iussu consulis in primum successisset. ibi integrae vires sistunt invehentem se iam 18
Samnitem; et in tempore visa ex montibus signa clamorque sublatus non vero tantum metu terruere Samnitium animos. nam et 19
Fabius Decium collegam adpropinquare exclamavit et pro se quisque miles adesse alterum consulem, adesse legiones gaudio alacres fremunt, errorque utilis Romanis oblatus fugae formidi- 20

— *quando**] s. § 8. — *ordinis*] s. 9, 38, 8.

12. *nunc .. nunc*] s. 9, 18, 15.

14. *Scipionem*] der Konsul des vorhergehenden Jahres; s. Frontin a. a. O. — *hastatos*] die Schwächung der ersten Linie ist unter den § 9 und 17 geschilderten Verhältnissen höchst auffallend. — *abdito a*] wie *remotus* konstruiert; vgl. Lucr. 4, 469: *ab se .. abdit.* — *averso hosti*] würde man neben *ab tergo se ostendere* gern vermissen.

15. *ducibus tribunis*] s. 4, 19, 1.

16. *inmota*] nach Vergils Vorgang gebraucht und mehr dichterisch; vgl. § 12. — *recepti*] aus dem Kampfe; geht wie *excesserunt* wieder auf *equites* zurück.

17. *frons prima*] s. zu 8, 8, 6; die Hastaten § 14 oder überhaupt alle Truppen, die bis dahin im Kampfe gewesen sind; die *secunda acies* sind die *principes* oder alle noch übrigen Truppen; s. 4, 28, 2. — *sustinere*] s. 10, 20, 14. — *potuisset*] s. 3, 8. — *in primum*] s. zu 2, 20, 10.

18. *in tempore*]* — *non vero tantum metu . .*] hierbei ist *sed vano etiam* hinzuzudenken, denn darauf bezieht sich das folgende *nam .. fremunt*; den *verus metus* verursachte das Erscheinen der Truppen im Rücken der Feinde und das von ihnen oder von der *secunda acies* erhobene Geschrei. — *metu terruere*] 'erfüllten mit Furcht und Schrecken'; vgl. zu 23, 34, 7.

20. *Romanis*] gehört zu *utilis*. — *fugae*] 'Verwirrung'; s. zu 1, 28, 5; *fugae formidinisque* ist eine allitterierende Verbindung, wie 28, 16. 29, 4; 7, 37, 16; 22, 38, 4; Macrob. 3, 9, 10; vgl. zu 25, 6, 13; über

nisque Samnites inplevit, maxime territos, ne ab altero exercitu
21 integro intactoque fessi opprimerentur. et quia passim in fugam dissipati sunt, minor caedes quam pro tanta victoria fuit. tria milia et quadringenti caesi, capti octingenti ferme et triginta, signa militaria capta tria et viginti.

15 Samnitibus Apuli se ante proelium coniunxissent, ni P. Decius consul iis ad Maleventum castra obiecisset, extractos deinde
2 ad certamen fudisset. ibi quoque plus fugae fuit quam caedis: duo milia Apulorum caesa; spretoque eo hoste Decius in Sam-
3 nium legiones duxit. ibi duo consulares exercitus diversis vagati
4 partibus omnia spatio quinque mensum evastarunt. quadraginta et quinque loca in Samnio fuere, in quibus Deci castra fuerunt,
5 alterius consulis sex et octoginta; nec valli tantum ac fossarum vestigia relicta, sed multo illis insigniora monumenta vastitatis
6 circa regionumque depopulatarum. Fabius etiam urbem Cimetram cepit. ibi capta armatorum duo milia nongenti, caesi pugnantes ferme nongenti triginta.

7 Inde comitiorum causa Romam profectus maturavit eam rem agere. cum primo vocatae Q. Fabium consulem dicerent omnes

die Konstr. *fugae .. inplevit*] vgl. zu 1, 2, 5. — *maxime*]* — *integro intactoque*] ebenso 27, 9. 36, 3.

21. *et** *quia*] s. zu 34, 42, 6. — *octingenti*]* — *ferme*] findet sich bisweilen bei bestimmten Zahlangaben; s. 15, 6; zu 26, 51, 2; über diese detaillierten Zahlangaben selbst s. zu 3, 5, 12.

15. 1. *Apuli*] sie sind schon früher, wenigstens zum Teil, mit den Samniten verbunden; s. 8, 37, 5; vgl. 9, 13, 6; jetzt scheinen sie sich, durch das römische Bündnis (s. 9, 15, 2. 20, 7 ff.) und die Kolonie in Luceria bedrückt, alle an dieselben angeschlossen zu haben. — *Maleventum*] s. 9, 27, 14. Wie die Apuler dahin kommen, wenn sie sich mit den bei Tifernum stehenden Samniten vereinigen wollen, ist nicht klar; ebenso wenig, wie Liv. nachher sagen kann: *in Samnium legiones duxit*, da Maleventum in Samnium liegt und Decius in dieses Land schon vorher (s. 14, 4) eingerückt ist. — *extractos*] gegen ihren Willen.

3. *mensum*] s. zu 3, 24, 4.

4. *quadraginta et quinque*] die regelmäfsige Verbindung folgt in *sex et octoginta*; die ungewöhnliche Verbindung der vorangehenden gröfseren Zahl durch *et* findet sich bei Liv. noch an sieben Stellen: 21, 22, 4; 27, 29, 8; 35, 1, 10; 40, 50, 6; 41, 13, 5; 42, 27, 3; 45, 43, 5. — *fuere .. fuerunt*] nur um abzuwechseln; s. 25, 5. — *alterius ..*] kurz statt *in quibus alterius consulis fuere, sex ..*

5. *vastitatis*] Epexegese zu *monumenta* (s. 2, 15); näml. die *monumenta*, die in der *vastitas* bestanden; s. zu 45, 33, 5. — *circa*] in der ganzen Gegend um die Punkte herum, wo sie ihr Lager gehabt hatten; s. zu 1, 19, 2; hierzu tritt *regionumque depopulatarum* erklärend hinzu. — *depopulatarum*] passivisch, wie 7, 19, 10; häufig so in der Konstr. des Abl. abs.

6. *Cimetram*] ist sonst nicht bekannt. — *milia nongenti*]* — *nongenti*]*

7. *primo vocatae**] nicht zu ver-

centuriae, Ap. Claudius, consularis candidatus, vir acer et ambi- 8
tiosus, non sui magis honoris causa, quam ut patricii recuperarent duo consularia loca, cum suis tum totius nobilitatis viribus incubuit, *ut* se cum Q. Fabio consulem dicerent. Fabius primo 9
de se eadem fere quae priore anno dicendo abnuere. circumstare sellam omnis nobilitas; orare, ut ex caeno plebeio consulatum extraheret maiestatemque pristinam cum honori tum patriciis gentibus redderet. Fabius silentio facto media oratione studia 10
hominum sedavit; facturum enim se fuisse dixit, ut duorum patriciorum nomina reciperet, si alium quam se consulem fieri videret; nunc se suam rationem comitiis, cum contra leges futu- 11

wechseln mit *iure vocatae*; s. zu 27, 6, 3. Die *primo vocatae* sind 22, 1 die Centurien der ersten Klasse; an u. St. umfassen sie wohl auch die *praerogativae*, welche an jener Stelle geschieden sind, da sich nicht annehmen läfst, dafs die erste Klasse anders gestimmt hat als die Ritter.

8. *dicerent* . .] die beiden Konsuln werden in einer Wahlhandlung gewählt; vgl. 24, 7, 12. Vor derselben scheint Fabius die Kandidaten genannt zu haben; allein die Ritter und die erste Klasse wählen von diesen nur den Ap. Claudius und als anderen Konsul den Fabius. Als diesem das Resultat der Wahlen in den Centurien der Ritter und der 1. Klasse durch die *praecones* gemeldet wird (vgl. 9, 10. 13, 11), verweigert er es, sich selbst zu renuntiieren (s. § 11), während Appius und die übrigen Patrizier ihn zu bewegen suchen, die Wahl anzunehmen. Wahrscheinlich berief er dann die Centurien, welche bereits gestimmt hatten, noch einmal, und diese stimmten, wie später die *praerogativa* (s. zu 24, 8, 20), noch einmal über den zweiten Konsul ab, weil dieser, wenn die Ritter und die 1. Klasse den Fabius gewählt hatten, durch die Wahl der übrigen Klassen die Majorität nicht erhalten haben würde; oder Volumnius hat schon in der 1. Klasse und in den *praerogativae* neben Fabius Stimmen gehabt, und bei dem Weiterstimmen in der 2., 3. usw. Klasse mit Appius die Majorität erlangt. — *Appius* . .] s. zu 7, 1. — *nobilitatis*] der Patrizier; s. 7, 1, 5.

9. *primo*] statt *deinde* folgt § 10 *silentio facto*. — *priore*] bezieht sich nur auf 13, 5; ebenso 22, 2; die Weigerung 9, 10 hatte einen anderen Grund und Zweck. — *caeno plebeio*] obgleich schon viele Plebejer der Nobilität angehören, stehen diese doch in den Augen der Patrizier tief unter ihnen; vgl. 8, 9; 22, 34, 2.

10. *media oratione*] s. zu 3, 13, 6. — *studia*] die heftige Parteileidenschaft der Patrizier. — *facturum* . ., *ut*] s. 36, 29, 9; vgl. 6, 42, 13. — *nomina reciperet*] s. 9, 26, 11; vgl. § 11: *rationem habere*. — *alium quam*] s. zu 2, 27, 7.

11. *nunc*] s. zu 1, 28, 9; 22, 39, 3. — *suam rationem* . . *habiturum*] s. zu 4, 7, 9; vgl. 7, 22, 8. — *comitiis*] ebenso 4, 41, 2; 8, 13, 10; 31, 50, 6; 39, 39, 9; der Zusatz soll das Unrechtmäfsige noch schärfer hervorheben. — *contra leges*] es wird zwar als gegen die Sitte verstofsend bezeichnet, sich selbst zu kreieren (s. 7, 25, 2; 27, 6, 4: *multo foedioris exempli esse eum ipsum creari, qui comitia haberet*; vgl. 24, 9, 10), aber ein Gesetz, durch das es untersagt gewesen wäre, wird nicht er-

12 rum sit, pessimo exemplo non habiturum. ita L. Volumnius de plebe cum Ap. Claudio consul est factus, priore item consulatu inter se comparati. nobilitas obiectare Fabio fugisse eum Ap. Claudium collegam, eloquentia civilibusque artibus haud dubie praestantem.

16 Comitiis perfectis veteres consules iussi bellum in Samnio
2 gerere prorogato in sex menses imperio. itaque insequenti quoque anno, L. Volumnio Ap. Claudio consulibus, P. Decius, qui consul in Samnio relictus a collega fuerat, proconsul idem populari non destitit agros, donec Samnitium exercitum nusquam se proe-
3 lio committentem postremo expulit finibus. Etruriam pulsi petierunt et, quod legationibus nequiquam saepe temptaverant, id se tanto agmine armatorum mixtis terrore precibus acturos effi-
4 cacius rati, postulaverunt principum Etruriae concilium. quo coacto, per quot annos pro libertate dimicent cum Romanis, exponunt: omnia expertos esse, si suismet ipsorum viribus tolerare
5 tantam molem belli possent; temptasse etiam haud magni momenti finitimarum gentium auxilia. petisse pacem a populo Ro-

wähnt; s. Mms. StR. 1^2, 501. Auch würde Fabius erklären, dafs er sich nicht scheue, ein Gesetz (das Licinische) zu übertreten, ein anderes dagegen zu verletzen Bedenken trage. — *pessimo exemplo*] = womit er ein grundschlechtes Beispiel geben würde; vgl. 3, 72, 2.

12. *priore .. consulatu*] s. 9, 42, 2. — *conparati*] als ein Paar zusammengestellt; s. zu 24, 8, 7; *inter se* (s. 8, 25, 9. 27, 6) bezeichnet, wie bei *componere, conferre inter se*, das gegenseitige Verhältnis, welches auch den Plural notwendig machte, während *est factus* nur auf Volumnius bezogen werden konnte. — *obiectare*] vgl. 9, 34, 13. — *civilibusque artibus*] gemeint sind Rechtskenntnis (s. 9, 46, 5) und Gewandtheit in Staatsgeschäften (vgl. Cic. de sen. 16), die jedoch unter den an u. St. geschilderten Verhältnissen ebenso wenig als 22, 7 in Betracht kommt.

16. 1. *iussi*] s. zu 11, 4. — *in sex menses*] gewöhnlich auf ein Jahr; vgl. zu 8, 23, 12.

2. *proconsul idem*] s. 35, 1, 4. — *expulit finibus*] wahrscheinlich erfolgte der Abzug ohne Wissen des Decius, da er denselben 17, 1 erst durch Kundschafter erfährt. Dafs dem Unternehmen der Plan zu Grunde lag, in Verbindung mit Etrurien den Krieg zu führen, geht daraus hervor, dafs schon oft Gesandte dahin geschickt worden sind (s. § 3), und dafs die Samniten mit der bestimmten Absicht kommen, Etrurien zu unterstützen (s. § 8). Wahrscheinlich zogen die Samniten ungeachtet der römischen Festungen Sora, Alba, Carseoli, Narnia (s. 1, 1. 3, 2. 10, 5) durch das Land der Marser und Umbrer; s. Nieb. RG. 3, 431.

3. *mixtis terrore precibus*] s. zu 2, 33, 8. — *principum*] wie 13, 3.

4. *quo coacto*] Liv. nimmt an, dafs sich das *concilium* schnell zusammenberufen liefs, wie 8, 27, 8. — *expertos esse*] ohne *se*; s. 8, 23, 6; 21, 38, 5 u. a.; zur Sache vgl. 23, 42, 2.

5. *haud magni momenti*] zu *auxi-*

mano, cum bellum tolerare non possent; rebellasse, quod pax servientibus gravior quam liberis bellum esset. unam sibi spem 6
reliquam in Etruscis restare; scire gentem Italiae opulentissimam armis, viris, pecunia esse; habere accolas Gallos, inter ferrum et arma natos, feroces cum suopte ingenio tum adversus Romanum populum, quem captum a se auroque redemptum, haud vana iactantes, memorent; nihil abesse, si sit animus Etruscis, qui Por- 7
sinnae quondam maioribusque eorum fuerit, quin Romanos omni agro cis Tiberim pulsos dimicare pro salute sua, non de intolerando Italiae regno cogant. Samnitem illis exercitum paratum, 8
instructum armis stipendio venisse; confestim secuturos, vel si ad ipsam Romanam urbem oppugnandam ducant. haec eos in 17
Etruria iactantes molientesque bellum domi Romanum urebat. nam P. Decius, ubi conperit per exploratores profectum Samnitium exercitum, advocato consilio ‘quid per agros’ inquit ‘vagamur 2
vicatim circumferentes bellum? quin urbes et moenia adgredimur? nullus iam exercitus Samnio praesidet; cessere finibus ac sibimet

lia gehörig, deutet auf die Lukaner (s. 11, 11), die Apuler (s. 15, 1) und die sabellischen Völker, Äquer und Herniker, im vorigen Kriege. — *servientibus*] vgl. Dion. 16, 13: *οἱ δὲ Σαννῖται, τῶν πρέσβεων ἀκούσαντες, ἠγανάκτουν .. ἀποκρινομένων δὲ τῶν Ῥωμαίων, ὅτι τοὺς ὑπηκόους ὁμολογήσαντας ἔσεσθαι καὶ .. ἅπαντα πείθεσθαι δεῖ τοῖς παρειληφόσι τὴν ἀρχήν ..*; vgl. zu 11, 12; Nieb. RG. 1, 506.

6. *reliquam .. restare*] der Pleonasmus ist bei diesen Worten nicht selten. — *scire*] ohne *se*; s. 1, 9, 4; zu 23, 5, 15. — *armis, viris, pecunia*] s. zu 26, 5, 9. — *inter ferrum ..*] vgl. 4, 15, 3: *natus in libero populo inter iura legesque. — feroces .. adversus**] s. 1, 25, 7; vgl. zu 7, 40, 8: *patribus ferox. — Romanum populum*] dieselbe Wortfolge 8, 23, 6; vgl. zu 7, 31, 10. — *memorent*] Liv. gebraucht dieses Verbum oft in der hier vorliegenden Weise, besonders das Part. praes.; s. 11, 2. 22, 4; 9, 14, 10. 38, 4 u. a.; Cicero verbindet es gewöhnlich mit dem Accusativ oder mit *de*. Die Aufforderung, die Gallier als Bundesgenossen zu gewinnen, ergiebt sich aus dem Vorhergehenden.

7. *sit*]* — *Porsinnae*] s. zu 2, 9, 1. — *cis Tiberim*] die alte Grenze Etruriens (s. 1, 3, 5) soll hergestellt werden. — *pro .. de*] wie 21, 41, 14.

8. *armis stipendio*] ein Asyndeton nach Art des häufigen *equis viris*; vgl. § 6; die Samniten wollen ihren Truppen selbst den Sold auszahlen. — Dafs die Etrusker den Plan und die Vorschläge der Samniten gebilligt haben und so eine für Rom höchst gefährliche Koalition der mächtigsten Völker eingeleitet ist, wird erst 18, 1 berichtet; vgl. 31, 13.

17. 1. *eos*] als Vertreter der Bewohner von Samnium, statt: *dum haec .. iactant, patriam eorum .. urebat. — urebat*] belästigte; mit persönlichem Objekte, wie 36, 23, 5: *Aetolos .. labore urente*; vgl. 47, 6.

2. *vicatim*] von Dorf zu Dorf; vgl. 12, 8; 9, 13, 7. — *praesidet*] ist zum Schutze da; vgl. 30, 8; zu 24, 40, 2.

3 ipsi exilium conscivere.' adprobantibus cunctis ad Murgantiam, validam urbem, oppugnandam ducit, tantusque ardor militum fuit et caritate ducis et spe maioris quam ex agrestibus populatio-
4 nibus praedae, ut uno die vi atque armis urbem caperent. ibi duo milia Samnitium et centum pugnantes circumventi captique, et alia praeda ingens capta est. quae ne impedimentis gravibus
5 agmen oneraret, convocari milites Decius iubet. 'hacine' inquit 'victoria sola aut hac praeda contenti estis futuri? vultis vos pro virtute spes gerere? omnes Samnitium urbes fortunaeque in urbibus relictae vestrae sunt, quando legiones eorum tot proeliis
6 fusas postremo finibus expulistis. vendite ista et inlicite lucro mercatorem, ut sequatur agmen; ego subinde suggeram quae vendatis. ad Romuleam urbem hinc eamus, ubi vos labor haud
7 maior, praeda maior manet.' divendita praeda ultro adhortantes imperatorem ad Romuleam pergunt. ibi quoque sine opere, sine tormentis, simul admota sunt signa, nulla vi deterriti a muris, qua cuique proximum fuit, scalis raptim admotis in moenia evasere.
8 captum oppidum ac direptum est; ad duo milia et trecenti occisi
9 et sex milia hominum capta, et miles ingenti praeda potitus, quam vendere, sicut priorem, coactus; Ferentinum inde, quamquam
10 nihil quietis dabatur, tamen summa alacritate ductus. ceterum

3. *cunctis*] d. h. alle, welche an dem Kriegsrate teilnahmen. — *Murgantiam*] eine Stadt der Pentrer an der Grenze von Apulien. — *agrestibus*] = *agrorum*.

4. *capta*]* — *gravibus*] ist der betonte Begriff; das Gepäck ist an sich schon eine Last, durch die Beutestücke würde es zu einer drückenden Last geworden sein.

5. *hacine*] vgl. 1, 3, 2: *hicine*; 1, 26, 10: *huncine*; 6, 17, 3: *hocine*; 7, 30, 16: *hiscine* u. a. — *vultis vos . .*] die hier in den Zusammenhang passende Frage enthält zugleich die Aufforderung: ihr solltet doch nicht . .; s. Hor. Sat. 2, 6, 92; anders 8, 13, 15; Hor. Ep. 1, 6, 29. — *spes gerere*] s. 25, 4.

6. *vendite*] s. 20, 16; zuweilen läfst auch der Feldherr die Beute verkaufen und verschenkt den Erlös an die Soldaten; s. zu 35, 1, 12. — *subinde*] stärker als *deinde*, = 'alsbald'; s. zu 28, 25, 1.

7. *divendita*] s. 1, 53, 3. — *ultro*] statt sich ermahnen zu lassen, fordern sie noch obendrein . . auf; vgl. 19, 1. — *Romuleam*] in dem Gebiete der Hirpiner; über den Namen s. Preller RM. 696. — *opere*] s. 34, 1; 43, 19, 11; wie vorher *mercatorem*, kollektiv. — *tormentis*] s. 6, 9, 2; gemeint sind Katapulten und Ballisten, wie sie die Römer in späterer Zeit gebraucht haben. — *moenia*] hier gleichbedeutend mit *muri* und nur gewählt, um abzuwechseln; s. 45, 12; 1, 7, 2; vgl. zu 10, 2.

8. *ad . . trecenti*] s. zu 3, 15, 5.

9. *Ferentinum*] von unbestimmter Lage, nicht mit dem *lucus Ferentinae* (s. 1, 50, 1) oder der Stadt der Herniker (s. 4, 51, 7) zu verwechseln. — *coactus*] näml. *est*; vgl. zu 1, 5; *quam* kann als *et eam* aufgefafst werden, wodurch die hier etwa empfundene Härte des Fehlens von *est* gemildert wird; vgl. 27, 4. — *ductus*]*

ibi plus laboris ac periculi fuit: et defensa summa vi moenia sunt, et locus erat munimento naturaque tutus; sed evicit omnia adsuetus praedae miles. ad tria milia hostium circa muros caesa; praeda militis fuit. huius oppugnatarum urbium decoris pars maior in 11
quibusdam annalibus ad Maximum trahitur: Murgantiam ab Decio, a Fabio Ferentinum Romuleamque oppugnatas tradunt. sunt, 12
qui novorum consulum hanc gloriam faciant, quidam non amborum, sed alterius, L. Volumni: ei Samnium provinciam evenisse.

Cum ea in Samnio, cuiuscumque ductu auspicioque, gere- 18
rentur, Romanis in Etruria interim bellum ingens multis ex gentibus concitur, cuius auctor Gellius Egnatius ex Samnitibus erat. Tusci fere omnes consciverant bellum; traxerat contagio proxi- 2
mos Vmbriae populos, et Gallica auxilia mercede sollicitabantur; omnis ea multitudo ad castra Samnitium conveniebat. qui tumul- 3
tus repens postquam est Romam perlatus, cum iam L. Volumnius consul cum legione secunda ac tertia sociorumque milibus quin-

10. *naturaque*] die Städte waren meist so befestigt, dafs die Berge, auf denen sie lagen, in Terrassen abgeschrofft und diese mit Mauern bekleidet, gewöhnlich nur die Thore mit freistehenden Mauern versehen waren; vgl. 43, 6.

11. *huius . .*] die Geschichte des ganzen Feldzuges ist also unsicher; s. 18, 7; Nieb. RG. 3, 430. — *Maximum*] s. 24, 5. 11; vgl. zu 8, 6, 4. In der vorhergehenden Erzählung ist Liv. wohl nicht Fabius Pictor, sondern einem anderen Annalisten gefolgt.

12. *amborum*] in Bezug auf Appius bestätigt dies das Elogium; s. zu 11, 10. — *L.*]*

18—19. Krieg gegen die verbündeten Samniten und Etrusker. Dio Cass. fr. 36, 27; Ov. Fast. 6, 199 ff.

1. *cum*]* — *cuiuscumque . .*] s. zu 1, 3, 3. — *interim*] ist wichtigeren Begriffen nachgestellt; s. 5, 19, 4; 28, 30, 3; 34, 17, 5; 36, 10, 10; 37, 11, 6. 32, 10. — *multis . .*] die vier nachher genannten. — *Gellius*] ist hier Vorname; s. 9, 44, 13. Dafs derselbe an der Spitze des Kap. 16 erwähnten Unternehmens gestanden hat, wird erst jetzt erwähnt, als ob es etwas Neues wäre. — *ex Samnitibus*] attributiv; s. zu 4, 28, 3.

2. *consciverant*] hatten zusammen (gemeinsam) beschlossen; s. 1, 32, 12. — *contagio*] s. 1, 15, 1. — *proximos*] näml. an Etrurien; s. Ihne RG. 1, 392. — *omnis ea multitudo*] bezieht sich, da nur *castra Samnitium* gegenübersteht, nicht allein auf die Etrusker sondern auch auf die Umbrer und Gallier; s. 19, 16.

3. *repens*] s. 22, 7, 7. — *legione secunda ac tertia*] zum ersten Male werden hier die Legionen nach Nummern angegeben; von den vier ersten Legionen, deren Tribunen mehrere Vorrechte hatten, erhielten je zwei regelmäfsig die kriegführenden Konsuln durch das Los; s. 22, 27, 10; 24, 36, 4; 42, 32, 5; an u. St. sind die 1. und 4., die 2. und 3. vereinigt (wie 22, 27, 11), häufiger die 1. und 3., 2. und 4.; s. 40, 41, 2; 42, 32, 5; die übrigen werden unter die Prokonsuln und Prätoren verteilt. Ebenso ist die Stärke der Kontingente der Bundesgenossen (Latiner, Äquer, Herniker u. a.; s.

decim profectus in Samnium esset, Ap. Claudium primo quoque
4 tempore in Etruriam ire placuit. duae Romanae legiones secutae,
prima et quarta, et sociorum duodecim milia; castra haud procul
5 ab hoste posita. ceterum magis eo profectum est, quod mature
ventum erat, ut quosdam spectantes iam arma Etruriae popu-
los metus Romani nominis conprimeret, quam quod ductu con-
6 sulis quicquam ibi satis scite aut fortunate gestum sit. multa
proelia locis et temporibus iniquis commissa, spesque in dies
graviorem hostem faciebat, et iam prope erat, ut nec duci milites
7 nec militibus dux satis fideret. litteras ad collegam accersendum
ex Samnio missas in trinis annalibus invenio; piget tamen id cer-
tum ponere, cum ea ipsa inter consules populi Romani, iam iterum
eodem honore fungentis, disceptatio fuerit, Appio abnuente missas,
8 Volumnio adfirmante Appi se litteris accitum. iam Volumnius
in Samnio tria castella ceperat, in quibus ad tria milia hostium
caesa erant, dimidium fere eius captum, et Lucanorum seditiones
a plebeis et egentibus ducibus ortas summa optumatium volun-
tate per Q. Fabium, pro consule missum eo cum vetere exercitu,
9 conpresserat. Decio populandos hostium agros relinquit, ipse

33, 1) hier zum ersten Male angegeben (vgl. 4, 9; 9, 40, 17), obgleich diese gewifs schon lange an allen Kriegen der Römer haben teilnehmen müssen.

4. *duodecim milia*] mehr als 2 Legionen; s. 8, 8, 14; Marq. StVw. 2, 378; Lange 2, 118.

5. *scite*] mit Kenntnis des Kriegswesens; vgl. 7, 34, 13: *inscitia*; die Claudier zeichnen sich durch die 15, 12 erwähnten Vorzüge, nicht aber im Kriege aus; vgl. 19, 8.

6. *spesque*] die Hoffnung, welche die Feinde infolge der Ungeschicklichkeit des römischen Anführers gewannen.

7. *ad collegam . .*] die drei Annalisten berichteten, dafs Appius selbst an Volumnius geschrieben habe (dies ergiebt sich aus *collegam*), während es bei anderen hiefs, dafs dem Volumnius ein Brief zugekommen sei; s. Nieb. RG. 3, 433. — *trinis*] s. 9, 43, 6; 25, 26, 2; *annales* ist als Pluraletantum behandelt (kommt bei Liv. auch nur im Plural vor). — *certum* ponere*] vgl. 9, 12. — *ea ipsa . . disceptatio* fuerit*] gerade darüber Streit gewesen ist; s. zu 5, 25, 7. — *consules . .*] und *iam iterum* soll die Glaubwürdigkeit derselben hervorheben.

8. *tria castella*] vielleicht sind es die schon Kap. 17 genannten; s. 17, 12; vgl. 9, 38, 1. — *dimidium . . eius*] *eius* = ‘davon’; s. 21, 59, 8; 30, 12, 5. — *Lucanorum seditiones*] wahrscheinlich neigte sich eine Partei (vgl. zu 8, 27, 10) zu den Samniten, die Optimaten (daher *optumatium voluntate*, = mit Zustimmung der Optimaten) zu den Römern. — *per Q. Fabium*] dieser ist ebenso wie Decius (§ 9) als Prokonsul (s. 16, 2) dem Oberbefehl des Konsuls unterstellt. — *conpresserat*] auf der zu 12, 8 erwähnten Inschrift wird dieses Verdienst dem Scipio beigelegt; Volumnius ist schon während der ersten 6 Monate seines Amtsjahres in Samnium gewesen.

cum suis copiis in Etruriam ad collegam pergit. quem adventem laeti omnes accepere; Appium ex conscientia sua credo animum habuisse, haud inmerito iratum, si nihil scripserat, inliberali et ingrato animo, si eguerat ope, dissimulantem. vix enim salute mutua reddita cum obviam egressus esset, ‘satin salvae’ inquit, ‘L. Volumni? ut sese in Samnio res habent? quae te causa, ut provincia tua excederes, induxit?’ Volumnius in Samnio res prosperas esse ait, litteris eius accitum venisse; quae si falsae fuerint nec usus sui sit in Etruria, extemplo conversis signis abiturum. ‘tu vero abeas’ inquit, ‘neque te quisquam moratur; etenim minime consentaneum est, cum bello tuo forsitan vix sufficias, huc te ad opem ferendam aliis gloriari venisse.’ bene Hercules verteret, dicere Volumnius: malle frustra operam insumptam, quam quicquam incidisse, cur non satis esset Etruriae unus consularis exercitus. digredientes iam consules legati tribunique ex Appiano exercitu circumsistunt; pars imperatorem suum orare, ne collegae auxilium, quod acciendum ultro fuerit, sua

10 11 12 13 14 19

9. *accepere*]* 10. *Appium* . .] aber (oder: nur) Appius empfing ihn unfreundlich und hiefs ihn wieder gehen; es war dies entweder ein Ausflufs seiner erzürnten Stimmung oder ein Zeichen seiner undankbaren Gesinnung. — *ex conscientia sua*] bildet mit *habuisse* zusammen das Prädikat; der ungewöhnliche Ausdruck bedeutet, Appius habe eine seinem Bewufstsein entsprechende Gemütsstimmung gehabt, sei also, wenn der Brief von ihm nicht geschrieben war und er ein gutes Gewissen hatte, mit Recht erzürnt gewesen usw. — *iratum*] ist ebenso wie *dissimulantem* nicht, was man erwarten sollte, auf *animum*, sondern auf *Appium* bezogen und so der Person selbst die in *iratum* und *illiberali et ingrato animo dissimulantem* ausgedrückte Beschaffenheit beigelegt, wodurch die störende Wiederholung von *animo* nötig wurde. — *si eguerat ope*] kurz statt *si se egere ope scripserat*.

11. *vix enim* . .] soll nicht den letzten Gedanken begründen, sondern den in diesem nur angedeuteten Empfang des Volumnius. — *salute mutua reddita*] vgl. 3, 26, 9. — *satin salvae**?] s. zu 1, 58, 7. — *provincia* . . *excederes*] sonst geschieht dies in der Regel nur auf Befehl oder mit Zustimmung des Senates; s. 37, 7; Mms. StR. 1², 55.

12. *usus* . . *sit*] s. zu 1, 56, 3. — *Etruria*]*

13. *moratur*] s. zu 4, 42, 18. — *huc*]*

14. *bene Hercules verteret*] ist gesagt wie *di bene vertant* 35, 14; 29, 22, 5; Hercules wird als *custos, salutaris*, *ἀλεξίκακος* angerufen; vgl. zu 9, 44, 16. Da sich oft *bene vertat* und *quod bene vertat* (s. zu 1, 28, 1), aber nirgends *Hercules bene vertat* gesagt findet, so könnte man auch *hercules* lesen (s. zu 5, 41, 10), doch wäre die Versicherung in dem Wunsche ganz ungewöhnlich — *insumptam*] aufgewandt; bei Früheren gewöhnlich nicht ohne Angabe des Zweckes durch *in*.

19. 1. *digredientes*] vgl. 40, 6. — *acciendum** . . *fuerit*] nämlich *nisi oblatum esset*. — *ultro*] wird von dem gesagt, was wider Erwarten über eine Grenze hinausgeht; beson-

2 sponte oblatum sperneret; plures abeunti Volumnio obsistere; obtestari, ne pravo cum collega certamine rem publicam prodat; si qua clades incidisset, desertori magis quam deserto noxiae fore; 3 eo rem adductam, ut omne rei bene aut secus gestae in Etruria decus dedecusque ad L. Volumnium sit delegatum; neminem quae- 4 siturum, quae verba Appi, sed quae fortuna exercitus fuerit; dimitti ab Appio eum, sed a re publica et ab exercitu retineri; expe- 5 riretur modo voluntatem militum. haec monendo obtestandoque prope restitantes consules in contionem pertraxerunt. ibi orationes longiores habitae in eandem ferme sententiam, in quam 6 inter paucos certatum verbis fuerat. et cum Volumnius, causa superior, ne infacundus quidem adversus eximiam eloquentiam 7 collegae visus esset cavillansque Appius sibi acceptum referre diceret debere, quod ex muto atque elingui facundum etiam consulem haberent; priore consulatu, primis utique mensibus, hiscere 8 eum nequisse, nunc iam popularis orationes serere, ‘quam

ders häufig wird es bei einem aktiven Auftreten und Vorgehen gebraucht, wo man ein passives Verhalten erwartet hatte. So ist hier *quod acciendum ultro fuerit* nur passive Form statt *quod accire ultro debuerit*; also: Appius hätte die Hülfe, ohne abzuwarten, dafs sie ihm angeboten wurde, ‘seinerseits’ herbeirufen müssen. Zu diesem Gebrauch von *ultro* vgl. 17, 7; 1, 5, 3. 17, 8; 2, 13, 2; 3, 65, 11; 8, 32, 10; 27, 30, 14; 40, 12, 4. — *sua sponte*] wird von dem gesagt, was ohne äufsere Nötigung oder Veranlassung von jemand aus eigenem Antrieb geschieht; s. 25, 12; 3, 4, 4; 21, 19, 5 u. a.; also: die Hülfe sei (von Volumnius) aus eigenem Antrieb angeboten worden; hier ist es die Ausschliefsung fremder Einwirkung auf das Subjekt, bei *ultro* das Hinausgehen über ein blofs passives Verhalten oder das unter gegebenen Verhältnissen Gewöhnliche, was hervortritt; vgl. Tac. H. 4, 79. — *sperneret*]*

2. *prodat*] er schadet dem Staate wie ein *proditor*, wenn er infolge eines persönlichen Streites das Interesse des Staates aus dem Auge läfst. — *desertori*] der feig der Gefahr zu entgehen sucht. — *noxiae*] hier = Verschuldung; s. zu 33, 20, 7.

3. *omne*]* — *dedecusque*] *que*, obwohl *aut* vorhergeht; vgl. über *que* und *ve* zu 9, 6, 2.

5. *restitantes*] s. 7, 39, 14; das Wort ist nach den Komikern zuerst wieder von Liv. gebraucht. — *in eandem ferme sententiam*] d. h. so dafs im ganzen dieselbe Ansicht hervortrat (geltend gemacht wurde). — *in quam*] die Präposition ist wiederholt, weil der Relativsatz ein anderes Prädikat als der Hauptsatz hat; anders 31, 13. — *inter paucos**] die § 1 Genannten. — *verbis*] bildet zu *orationes* (s. 8, 33, 10) den Gegensatz, wie sonst *dicta*, kurze Aussprüche, und in der vorklassischen Zeit auch *verbum* gebraucht wird; vgl. 24, 4: *pauca verba*.

6. *eloquentiam*] s. 22, 7.

7. *debere*] die Soldaten. — *ex muto . . haberent*] kurz st. *ex muto facundum factum haberent*. — *muto atque elingui*] vgl. Tac. Dial. 36 f. — *serere*] durch kunstreiche Verknüpfung der Gedanken und Worte; vgl. 7, 2, 8; anders 7, 39, 6.

mallem' inquit Volumnius, 'tu a me strenue facere quam ego abs te scite loqui didicissem.' postremo condicionem ferre, quae decretura sit, non orator — neque enim id desiderare rem publicam —, sed imperator uter sit melior. Etruriam et Samnium 9
provincias esse; utram mallet eligeret: suo exercitu se vel in Etruria vel in Samnio rem gesturum. tum militum clamor ortus, 10
ut simul ambo bellum Etruscum susciperent. quo animadverso 11
consensu Volumnius 'quoniam in collegae voluntate interpretanda' inquit 'erravi, non committam, ut, quid vos velitis, obscurum sit: manere an abire me velitis, clamore significate.' tum vero tantus est clamor exortus, ut hostes e castris exciret. 12
armis arreptis in aciem descendunt. et Volumnius signa canere
ac vexilla efferri castris iussit; Appium addubitasse ferunt, cer- 13
nentem seu pugnante seu quieto se fore collegae victoriam; deinde veritum, ne suae quoque legiones Volumnium sequerentur,
et ipsum flagitantibus suis signum dedisse. ab neutra parte 14
satis commode instructi fuerunt; nam et Samnitium dux Gellius
Egnatius pabulatum cum cohortibus paucis ierat suoque impetu
magis milites quam cuiusquam ductu aut imperio pugnam capessebant, et Romani exercitus nec pariter ambo ducti nec satis 15
temporis ad instruendum fuit. prius concurrit Volumnius, quam
Appius ad hostem perveniret; itaque fronte inaequali concursum 16

8. *quam mallem*] s. zu 22, 49, 3. — *postremo*] mit Übergehung der weiteren Erörterungen. — *condicionem . ., quae . .*] einen Vorschlag, dessen Annahme oder Ablehnung entscheiden werde. — *ferre*] = *offerre*; s. 21, 12, 4. — *orator . . imperator*] Wortspiel.

9. *utram . .*] es wäre eine neue Comparatio. Wie man aber aus der Wahl des Appius, der seine Willensmeinung 18, 11. 13 deutlich ausgesprochen hat, erkennen könnte, wer der bessere Feldherr sei, läfst sich, da in beiden Provinzen Krieg geführt wird, nicht ersehen; der Vorschlag selbst soll eben nur die Stimmung der Heere zum Ausdruck kommen lassen (§ 4). Wenn die Verhandlung wirklich stattgefunden hat, dann ist vielleicht anzunehmen, dafs Volumnius durch einen Senatsbeschlufs aufgefordert wurde, nach Etrurien zu ziehen, und, ehe noch Appius von diesem Kenntnis erhalten hatte, dort erschien; s. Nieb. RG. 3, 433.

12. *signa canere . . iussit*] er befahl, dafs die Signale ertönten; s. 20, 9; zu 24, 15, 1.

13. *addubitasse*] s. 8, 10, 2; dazu ist *num signum daret* aus dem Zusammenhange zu entnehmen.

14. *instructi fuerunt*] waren (damals) . . aufgestellt, standen . . geordnet; s. zu 3, 26, 11. — *nam et . .*] die Gründe der ungeeigneten Aufstellung: auf Seiten der Feinde die Abwesenheit des Feldherrn, so dafs die Soldaten bei der Aufstellung nur ihrer eigenen Kampflust folgten (*suoque*), *que* fügt also eine Folge des Vorhergehenden an; auf Seiten der Römer die Zögerung des Appius und die Überraschung durch den unerwarteten Angriff der Feinde.

15. *instruendum*] s. zu 9, 37, 3.

16. *fronte inaequali*] der Flügel des Appius stand weiter zurück;

est; et, velut sorte quadam mutante adsuetos inter se hostes, Etrusci Volumnio, Samnites, parumper cunctati, quia dux aberat,
17 Appio occurrere. dicitur Appius in medio pugnae discrimine, ita ut inter prima signa manibus ad caelum sublatis conspiceretur, ita precatus esse: 'Bellona, si hodie nobis victoriam duis, ast
18 ego tibi templum voveo.' haec precatus, velut instigante dea, et ipse collegae et exercitus virtutem aequavit ducis. *et duces* imperatoria opera exsecuntur, et milites, ne ab altera parte prius
19 victoria incipiat, adnituntur. ergo fundunt fugantque hostes, maiorem molem haud facile sustinentes, quam cum qua manus conserere adsueti fuerant. urgendo cedentes insequendoque effusos
20 conpulere ad castra. ibi interventu Gellii cohortiumque Sabellarum paulisper recruduit pugna. iis quoque mox fusis iam a
21 victoribus castra oppugnabantur; et cum Volumnius ipse portae signa inferret, Appius Bellonam victricem identidem celebrans

vgl. zu 9, 27, 9; Gegensatz *recta fronte* 5, 38, 3. *inaequalis* hat zuerst Liv. in Prosa. — *velut sorte* quadam*] gleichsam durch eine Art Fügung des Schicksals; s. 6, 21, 2; 9, 2, 10; 28, 34, 4; vgl. 21, 43, 2. — *adsuetos inter se*] s. 15, 12; zu 8, 27, 6; zur Sache vgl. 28, 14, 5. — Sowohl hier als im Verlauf der Schlacht wird die Abwesenheit der Umbrer und Gallier vorausgesetzt, aber nicht, wie 27, 6 die der Etrusker, motiviert; 18, 2 ist also übertreibend oder gehört einer anderen Quelle an.

17. *Bellona*] s. 8, 9, 6; Ovid a. a. O. — *duis*] st. *des*; die Endung *is* ist, wie in den Konjunktiven *vel-is*, (*e*)*s-is*, an den neben *da* (*da-re*) und *do* (*do-num*) vorauszusetzenden Stamm *du* getreten; ebenso hat Liv. *duit* in einer altertümlichen Formel 22, 10, 2; Cicero gebraucht dieselbe in Wünschen (s. p. Deiot. 21; ad Att. 15, 4, 3; in Cat. 1, 22), häufig die Komiker neben Formen wie *credu-am* u. a. (s. Lorenz zu Plaut. Mostell. 640); das Passiv *duitur* bei Plin. 21, 2, 7. Die Alten scheinen *duis* etc. wie *faxis*, *clepsit* u. a. betrachtet zu haben; s. Paul. Diac. S. 66: *duis ponebatur pro dederis*; vgl. ebend. S. 27 u. a. Auch das folgende *ast* ist altertümlich = *at*; vgl. 26, 3; 9, 1, 8; Cic. de leg. 3, 19; früher schlofs *ast* zugleich eine bereits vorher angedeutete Bedingung wieder ein; s. Fest. S. 230 *plorare*; Act. fr. Arv. S. CXIII 10 *astu tunc*; CXL 34f. 50; CXLII 61. 66 u. a.; zur Sache vgl. 7, 28, 4.

18. *et ipse . . ducis*] vgl. 40, 3; 6, 12, 11; 39, 31, 8 u. a.

19. *molem*] s. 6, 19, 1. — *quam cum qua . .*] sonst stand nur ein konsularisches Heer in Etrurien. — *adsueti fuerant*] gewohnt gewesen waren; vgl. 1, 40, 5: *consueti erant*; dagegen *adsueverant* = sich gewöhnt hatten; s. 4, 45, 4; 38, 34, 9.

20. *Sabellarum*] s. 8, 1, 7. — *a victoribus*]*

21. *ipse*] der Gegensatz ist *Bellonam victricem celebrans*; während Volumnius durch sein eigenes Beispiel (durch seine persönliche Tapferkeit), Appius nur durch das Anrufen der Bellona die Kämpfenden anfeuerte. — *ipse . . inferret*] ist hier wegen *signa* nicht, wie gewöhnlich, = angriff, sondern = an der Spitze seiner Legionen kämpfte, worin schon liegt, dafs er seine Soldaten

accenderet militum animos, per vallum, per fossas inruperunt. castra capta direptaque; praeda ingens parta et militi concessa est. 22
septem milia octingenti hostium occisi, duo milia et centum viginti capti.

Dum ambo consules omnisque Romana vis in Etruscum 20
bellum magis inclinat, in Samnio novi exercitus exorti ad populandos imperii Romani fines per Vescinos in Campaniam Falernumque agrum transcendunt ingentesque praedas faciunt. Vo- 2
lumnium magnis itineribus in Samnium redeuntem — iam enim Fabio Decioque prorogati imperii finis aderat — fama de Samnitium exercitu populationibusque Campani agri ad tuendos
socios convertit. ut in Calenum agrum venit, et ipse cernit re- 3
centia cladis vestigia, et Caleni narrant tantum iam praedae hostis trahere, ut vix explicare agmen possint: itaque iam propa- 4
lam duces loqui, extemplo eundum in Samnium esse, ut relicta ibi praeda in expeditionem redeant nec tam oneratum agmen dimicationi committant. ea quamquam similia veris erant, cer- 5
tius tamen exploranda ratus dimittit equites, qui vagos praedatores in agris palantes excipiant; ex quibus inquirendo cognoscit 6
ad Vulturnum flumen sedere hostem, inde tertia vigilia moturum;

aufmunterte, während dies bei Appius noch besonders zu bemerken war. — *accenderet*]* — *per . . per*] s. zu 9, 39, 8. — *inruperunt*] Feldherren und Soldaten; vgl. 6, 24, 10.

22. *octingenti**] über die Zahlen s. zu 14, 21. Wo die Schlacht geliefert ist, wird nicht erwähnt.

20. Krieg in Kampanien.

1. *omnis . . vis*] d. h. die beiden konsularischen Heere; s. 18, 10. — *novi exercitus*] wahrscheinlich hatten die Samniten gleich anfangs mehrere Heere ausgerüstet; eins hatte wohl dem Decius gegenübergestanden, um ihn zu beschäftigen. — *Vescinos**] s. 8, 11, 5. — *Campaniam Falernumque agrum*] s. 8, 22, 7; Liv. scheint anzunehmen, dafs die Samniten bis in das damals den Kampanern gehörende Gebiet gekommen seien; s. § 2: *socios*; vgl. § 4. In das falernische Gebiet mufsten die Feinde eher kommen als nach Kampanien; es wird also wohl nur der wichtigste Teil speziell hinzugefügt, obgleich damals der ager Falernus den Römern gehörte; s. 8, 11, 13.

2. *finis aderat*] s. 16, 1. 18, 8. — *socios*] Liv. denkt wohl besonders an die Kampaner (s. 8, 14, 10), obgleich auch die Vesciner und die Calener, diese als latinische Kolonie, *socii* sind.

3. *Calenum*] s. 8, 16, 2; der Konsul ist vielleicht durch Latium dahin gelangt; die Samniten haben auf ihrem Zuge nach dem ager Vescinus das Gebiet der Kolonie berührt. — *trahere*] s. 9, 17, 16; das Land um den mons Massicus bot reiche Beute; s. 22, 14, 3; Pol. 3, 92, 8.

5. *similia veris*] s. zu 5, 21, 9. — *vagos . . palantes*] s. 7, 17, 8; vgl. 2, 50, 6.

6. *ad Vulturnum*] da der Konsul nicht über den Vulturnus geht, so ist wohl anzunehmen, dafs die Samniten nördlich am Flusse ihr Lager hatten und, ehe sie das eigentliche

7 iter in Samnium esse. his satis exploratis profectus tanto intervallo ab hostibus consedit, ut nec adventus suus propinquitate nimia nosci posset, et egredientem e castris hostem opprimeret. 8 aliquanto ante lucem ad castra accessit gnarosque Oscae linguae exploratum, quid agatur, mittit. intermixti hostibus, quod facile erat in nocturna trepidatione, cognoscunt infrequentia armatis signa egressa, praedam praedaeque custodes exire, inmobile agmen et sua quemque molientem nullo inter ullos consensu nec satis 9 certo imperio. tempus adgrediendi aptissimum visum est, et iam lux adpetebat; itaque signa canere iussit agmenque hostium ad- 10 greditur. Samnites praeda inpediti, infrequentes armati, pars addere gradum ac prae se agere praedam, pars stare incerti, utrum progredi an regredi in castra tutius foret: inter cunctationem opprimuntur; et Romani iam transcenderant vallum, caedesque ac 11 tumultus erat in castris. Samnitium agmen praeterquam hostili tumultu captivorum etiam repentina defectione turbatum erat, 12 qui partim ipsi soluti vinctos solvebant, partim arma in sarcinis

Kampanien erreichten, zurückkehren wollten. — *iter .. esse*] ihr Marsch gehe nach .., wie bei Hannibal 22, Kap. 16; Pol. 3, 91. 92.

7. *suus*] ist gesagt statt *eius*, weil in dem Konsekutivsatz zugleich die Absicht des Subjekts von *consedit* ausgedrückt ist ('dafs ... könnte'). — *propinquitate nimia*] der äufsere Grund; s. zu 22, 11, 6.

8. *Oscae linguae*] welche auch die Samniten sprachen; s. 7, 2, 12. Die oskische Sprache war zwar der lateinischen nahe verwandt, wurde aber, wie u. St. zeigt, nicht von allen verstanden. — *infrequentia armatis signa*] das eigentliche Heer, das aber nur wenige bei den Fahnen zählt, weil die meisten mit dem Fortschaffen der Beute beschäftigt sind; vgl. Tac. H. 4, 35: *rarum apud signa militem, arma in vehiculis ..* — *exire*] im Gegensatze zu *egressa*; = ziehe eben aus dem Lager. Das folgende *inmobile ..* charakterisiert diesen zweiten Zug näher, zuerst im allgemeinen (*inmobile agmen*), dann im besonderen. — *sua quemque ..*] vgl. 6, 3, 7; ist grammatisch frei angeknüpft, indem an die einzelnen in dem Zuge zu denken ist. — *ullos*]* — *nec satis*] s. zu 32, 4, 6.

5. *conpositus instructusque*] letzteres ist das Speziellere: in geordnetem Zuge und zwar in Schlachtordnung; beides ist von dem Führer statt von dem Heere gesagt; vgl. 3, 27, 6. — *moenibus successit*] s. 9, 14, 9. — *tamquam*] ohne *si*; s. zu 24, 2, 11; vgl. 28, 43, 4. 5; 40, 9, 7. — *idem .. certaminis*] s. 7, 26, 12; Curt. 9, 2, 11: *idem animi*. — *foret*] hier vereinzelt in seiner ursprünglichen futurischen Bedeutung.

6. *nec*] vor *arma* knüpft an das Vorhergehende an, korrespondiert also nicht mit dem folgenden *nec* wie 6, 33, 11. — *vidit*] vgl. § 10; zu 6, 25, 9. — *detinet*] vgl. 8, 38, 6. — *occultam .. fraudem*] s. 3, 18, 6.

cautus rueret; duas turmas sociorum Latini nominis circumequi- 7
tare moenia atque explorare omnia iubet. equites portam unam
alteramque eadem regione in propinquo patentes conspiciunt
itineribusque iis vestigia nocturnae hostium fugae. adequitant 8
deinde sensim portis urbemque ex tuto rectis itineribus perviam
conspiciunt et consuli referunt excessum urbe; solitudine haud
dubia id perspicuum esse et recentibus vestigiis fugae ac strage
rerum in trepidatione nocturna relictarum passim. his auditis 9
consul ad eam partem urbis, quam adierant equites, circumducit
agmen. constitutis haud procul porta signis quinque equites iu-
bet intrare urbem et modicum spatium progressos tris manere
eodem loco, si tuta videantur, duos explorata ad se referre. qui 10
ubi redierunt rettuleruntque eo se progressos, unde in omnes
partes circumspectus esset, longe lateque silentium ac solitudinem
vidisse, extemplo consul cohortes expeditas in urbem induxit, ce- 11
teros interim castra communire iussit. ingressi milites refractis 12
foribus paucos graves aetate aut invalidos inveniunt relictaque,
quae migratu difficilia essent. ea direpta; et cognitum ex captivis 13
est communi consilio aliquot circa urbes conscisse fugam; suos
prima vigilia profectos; credere eandem in aliis urbibus solitudi-
nem inventuros. dictis captivorum fides exstitit, desertis oppidis 14
consul potitur.

Alteri consuli M. Atilio nequaquam tam facile bellum fuit. 35

7. *turmas sociorum*] sie hatten je 60 (die römische Turma je 30) Mann. — *circumequitare*] vielleicht nur hier gebraucht; Liv. denkt sich die Stadt wie Milionia in der Ebene liegend. — *unam alteramque*] vgl. Sall. Iug. 60, 7: *unae atque alterae scalae*; Cic. ad fam. 3, 9, 2: *unum alterumve diem*. — *eadem regione**] s. 43, 11; 25, 11, 7; zu 33, 17, 6. — *in propinquo*] die Thore waren nicht weit von einander entfernt und lagen in derselben Richtung.

8. *rectis itineribus perviam*] d. h. sie sehen, dafs man auf geraden Strafsen die Stadt ungehindert durchziehen könne. — *consuli referunt*] gewöhnlich heifst es *referre ad aliquem*, wie § 9; doch s. Caes. BG. 1, 37, 1: *haec .. Caesari mandata referebantur*. — *strage rerum*] s. 9, 40, 14; zu 2, 59, 8. — *passim*] steht nachdrücklich hinter *relictarum*; s. 2, 10. 43, 12; 9, 45, 16; 41, 12, 9; vgl. 34, 55, 4; 35, 30, 11.

9. *eodem loco*] näml. bis zu dem sie gekommen wären; vgl. 43, 12; 6, 3, 5: *ibi*. — *tuta*] Subjekt dazu ist ein lokaler Begriff.

10. *silentium ac solitudinem*] s. 34, 20, 8.

12. *migratu difficilia*] mufs bedeuten 'schwierig fortzuschaffen, schwierig hinsichtlich des Transports'; der Ausdruck ist ganz singulär, da das Verbum *migrare* in der hier erforderlichen (transitiven) Bedeutung ganz selten gefunden wird (s. Sil. It. 7, 431) und weder bei Livius noch sonst in der Prosa begegnet.

13. *conscisse fugam*] s. 5, 53, 5; 33, 48, 11. — *inventuros*] näml. *Romanos*.

14. *fides exstitit*] d. h. die Aussagen bestätigten sich; s. 1, 16, 5.

cum ad Luceriam duceret legiones, quam oppugnari ab Samnitibus audierat, ad finem Lucerinum ei hostis obvius fuit. ibi ira
2 vires aequavit; proelium varium et anceps fuit, tristius tamen eventu Romanis, et quia insueti erant vinci et quia digredientes magis quam in ipso certamine senserunt, quantum in sua parte
3 plus vulnerum ac caedis fuisset. itaque is terror in castris ortus, qui si pugnantes cepisset, insignis accepta clades foret; tum quoque sollicita nox fuit iam invasurum castra Samnitem credenti-
4 bus aut prima luce cum victoribus conserendas manus. minus cladis, ceterum non plus animorum ad hostes erat. ubi primum inluxit, abire sine certamine cupiunt; sed via una et ea ipsa praeter hostes erat, quam ingressi praebuere speciem recta tendentium
5 ad castra oppugnanda. consul arma capere milites iubet et sequi se extra vallum; legatis, tribunis, praefectis sociorum imperat, quod
6 apud quemque facto opus est. omnes adfirmant se quidem omnia facturos, sed militum iacere animos; tota nocte inter vulnera et
7 gemitus morientium vigilatum esse; si ante lucem ad castra ventum foret, tantum pavoris fuisse, ut relicturi signa fuerint; nunc
8 pudore a fuga contineri, alioqui pro victis esse. quae ubi consul accepit, sibimet ipsi circumeundos adloquendosque milites ratus,
9 ut ad quosque venerat, cunctantes arma capere increpabat: quid cessarent tergiversarenturque? hostem in castra venturum, nisi illi extra castra exissent, et pro tentoriis suis pugnaturos, si pro

35. 1. *Luceriam*] die Samniten suchen die sie bedrohende Kolonie zu entfernen. — *finem*] s. zu 9, 6, 10. — *ira vires aequavit*] in Bezug auf das Folgende gesagt, = die Erbitterung gab (beiden Teilen) gleiche Kraft.

2. *tristius .. eventu*] vgl. 9, 38, 8. — *insueti erant vinci*] s. zu 4, 31, 4; vgl. zu 6, 11. — *quantum .. plus*] statt *quanto .. plus*; s. zu 5, 21, 14; vgl. 3, 15, 2; 22, 18, 2.

3. *sollicita*] s. 29, 23, 1; vgl. 1, 4: *inbellem annum.* — *iam*] vgl. 5, 39, 6. — *credentibus*] Dativ, zu *sollicita .. fuit* gehörig; vgl. 6, 25, 1.

4. *ad hostes*] s. zu 29, 4. — *quam* ingressi*] wie Liv. in dieser Verbindung regelmäfsig den Acc. mit *ingredi* verbindet; s. 2, 44, 1; 3, 17, 6; 5, 37, 4; 39, 28, 1; 40, 22, 1; Cic. Cat. m. 6; auch in der Bedeutung 'hineingehen' wird *ingredi* bei Liv. mit dem Acc. oder mit *in* und dem Acc. konstruiert.

5. *legatis*] s. § 16; 25, 18. — *praefectis*] s. zu 8, 36, 6. — *quod .. opus est*] was er bei jedem anzuordnen hat; *quid .. opus sit* würde einen anderen Sinn haben. Über *facto opus est* s. zu 3, 27, 7.

7. *si ..*] der bedingende Satz ist vorangestellt, obgleich er zu dem von *tantum* abhängigen Folgesatze gehört; = *tantum pavoris fuisse, ut, si .. ventum foret, relicturi .. fuerint.* — *pudore*] s. zu 27, 12, 15.

8. *circumeundos*] vgl. 8, 36, 6.

9. *illi*] s. zu 3, 61, 14. — *extra ..*] 'aus dem Lager hinaus'; so findet sich *extra* bei Verben der Bewegung; s. 11, 5. 33, 3; 9, 5, 12; vgl. 29, 16. 33, 5; zu 3, 4, 8. — *pugnaturos*]

vallo nollent. armatis ac dimicantibus dubiam victoriam esse; qui nudus atque inermis hostem maneat, ei aut mortem aut servitutem patiendam. haec iurganti increpantique respondebant confectos se pugna hesterna esse, nec virium quicquam nec sanguinis superesse; maiorem multitudinem hostium apparere, quam pridie fuerit. inter haec adpropinquabat agmen; et iam breviore intervallo certiora intuentes, vallum secum portare Samnitem adfirmant nec dubium esse, quin castra circumvallaturi sint. tunc enim vero consul indignum facinus esse vociferari, tantam contumeliam ignominiamque ab ignavissimo accipi hoste. ‘etiamne circumsedebimur’ inquit ‘in castris, ut fame potius per ignominiam quam ferro, si necesse est, per virtutem moriamur?’ di bene verterent; facerent, quod se dignum quisque ducerent: consulem M. Atilium vel solum, si nemo alius sequatur, iturum adversus hostes casurumque inter signa Samnitium potius, quam circumvallari castra Romana videat. dicta consulis legati tribunique et omnes turmae equitum et centuriones primorum ordinum adprobavere. tum pudore victus miles segniter *arma capit*, *segniter* e castris egreditur; longo agmine nec continenti maesti ac prope victi procedunt adversus hostem nec spe nec animo cer-

näml. *illos*; s. 9, 12, 2. — *dubiam*] d. h. wenn man kämpfe, sei der Sieg wenigstens nur ungewifs; dagegen ..

10. *nudus atque inermis**] vgl. 3, 23, 5; die Worte stehen zu *armatis ac dimicantibus* in Gegensatz; der Gegensatz ist aber nur in einem Teile zum Ausdruck gekommen, da *nudus* neben *inermis* keine charakteristische Bedeutung hat. — *hostem maneat*] s. 2, 40, 9; Sall. Iug. 107, 1.

11. *haec iurganti*] indem er so schalt; s. 8, 33, 23; vgl. 27, 9, 8.

12. *iam breviore* ..] vgl. 2, 6, 7: *iam propius ac certius facie quoque Brutum cognovit.*

13. *enim vero*] ist mit *indignum* zu verbinden; s. 6, 14, 12; 25, 41, 1; 34, 58, 4; 43, 1, 9; zu 24, 31, 1. — *contumeliam*] die herabwürdigende, schmachvolle Behandlung von Seiten der Gegner; *ignominiam*: die Schande, hier die schmähliche Niederlage (s. 34, 12, 3), welche die Römer erleiden werden. — *accipi*] starker Ausdruck, zur Bezeichnung der Gewifsheit.

14. *etiamne* ..] sollen wir auch noch ..; über den Wechsel der Rede s. zu 7, 9. — *fame .. ferro*] s. zu 22, 39, 14. — *si necesse est*] wenn es nicht anders sein kann. — *di bene verterent*] s. 18, 14. — *facerent**] näml. *illi*, die Soldaten.

16. *turmae equitum*] die Ritter werden wegen ihres höheren Ranges (s. 28, 7) bisweilen den Offizieren der Legion an die Seite gestellt; s. 9, 38, 8; 21, 59, 9 u. a. — *primorum ordinum*] die höchsten im Range, die der Triarier; vgl. zu 26, 5, 12; später die der ersten Kohorte in der Legion.

17. *segniter arma capit**] vgl. 6, 7, 2: *segniter arma capta, cunctabundosque .. egressos castris.* — *longo* ..] nicht in regelmäfsiger Schlachtordnung; die Manipel gehen nicht in der gehörigen Entfernung neben einander, sondern hinter einander und in Zwischenräumen; s.

18 tiorem. itaque simul conspecta sunt Romana signa, extemplo a primo Samnitium agmine ad novissimum fremitus perfertur,
19 exire, id quod timuerint, ad inpediendum iter Romanos; nullam inde ne fugae quidem patere viam; illo loco aut cadendum esse
36 aut stratis hostibus per corpora eorum evadendum. in medium sarcinas coniciunt; armati suis quisque ordinibus instruunt aciem.
2 iam exiguum inter duas acies erat spatium, et stabant expectan-
3 tes, dum ab hostibus prius impetus, prius clamor inciperet. neutris animus est ad pugnandum, diversique integri atque intacti abissent, ni cedenti instaturum alterum timuissent. sua sponte inter invitos tergiversantisque segnis pugna clamore incerto atque
4 inpari coepit; nec vestigio quisquam movebatur. tum consul Romanus, ut rem excitaret, equitum paucas turmas extra ordinem inmisit; quorum cum plerique delapsi ex equis essent et alii turbati, et a Samnitium acie ad opprimendos eos, qui ceciderant, et
5 ad suos tuendos ab Romanis procursum est. inde paulum inritata pugna est; sed aliquanto et inpigre magis et plures procurrerant Samnites, et turbatus eques sua ipse subsidia territis equis
6 proculcavit. hinc fuga coepta totam avertit aciem Romanam; iamque in terga fugientium Samnites pugnabant, cum consul equo praevectus ad portam castrorum ac statione equitum ibi opposita

3, 28, 2; 43, 10, 4; Nieb. RG. 3, 119. — *certiorem*] der ebenso wenig Zuversicht und Mut hatte.

19. *eorum*] s. zu 1, 28, 10. — *per corpora*] s. zu 9, 39, 8.

36. 1. *medium**] vgl. § 13; 9, 31, 9.

2. *expectantes, dum*] s. zu 9, 32, 5. — *impetus .. clamor*] ein Hysteron proteron.

3. *animus est ad . .*] s. zu 9, 4, 1. — *integri atque intacti*] s. 14, 20. — *instaturum .. timuissent*] s. zu 2, 7, 9. — *sua sponte*] wird bisweilen auch von Sachen gesagt; s. 2, 23, 2; 3, 62, 1; 4, 58, 11; 5, 43, 3; 9, 7, 8; 22, 38, 13; 44, 25, 5; 45, 19, 12 (so schon bei Cicero); *sua sponte* ('ganz von selbst') bedeutet hier neben *invitos*, dafs die Schlacht ohne bestimmtes Kommando beginnt; vgl. § 1: *armati .. instruunt*. — *vestigio*] s. 21, 44, 7; dagegen 44, 26, 11: *inde .. vestigium moturos*. — *movebatur*] reflexiv.

4. *ut .. excitaret*] um .. mehr zu beleben; s. 7, 2, 6; vgl. § 5: *inritata*. — *extra ordinem*] nicht in einem Angriffe der gesamten Reiterei. — *quorum .. plerique*] s. zu 5, 15, 1; vgl. 40, 21, 10; gewöhnlich heifst es *qui plerique*, wie 29, 7; s. zu 22, 59, 10; über *plerique* s. zu 13, 14. — *et* alii*] 'und hinwieder andere', im Gegensatz zu den 'sehr vielen', die vom Pferde gefallen waren; so folgt zuweilen *alii* nach einem vorhergehenden *quidam* ('einige'), aber in der Regel ohne *et*; vgl. 29, 7: *plerisque .. rarisque*.

5. *inpigre magis et plures*] s. 21, 8, 9. — *subsidia*] die hinter ihnen stehenden Fufstruppen.

6. *in terga .. pugnabant*] vgl. Flor. 2, 23 (4, 12), 7: *terga hostium percecidit*; vgl. zu 1, 14, 11. — *equo praevectus*] s. zu 9, 35, 7; steht hier

edictoque, ut, quicumque ad vallum tenderet, sive ille Romanus 7
sive Samnis esset, pro hoste haberetur, haec ipse minitans obstitit
effuse tendentibus suis in castra. 'quo pergis' inquit, 'miles? 8
et hic arma et viros invenies nec vivo consule tuo nisi victor
castra intrabis; proinde elige, cum cive an hoste pugnare malis.'
haec dicente consule equites infestis cuspidibus circumfunduntur 9
ac peditem in pugnam redire iubent. non virtus solum consulem
sed fors etiam adiuvit, quod non institerunt Samnites spatium-
que circumagendi signa vertendique aciem a castris in hostem
fuit. tum alii alios hortari, ut repeterent pugnam; centuriones ab 10
signiferis rapta signa inferre et ostendere suis paucos et ordini-
bus inconpositis effuse venire hostes. inter haec consul manus 11
ad caelum attollens voce clara, ita ut exaudiretur, templum Iovi
Statori vovet, si constitisset a fuga Romana acies redintegrato-
que proelio cecidisset vicissetque legiones Samnitium. omnes 12
undique adnisi ad restituendam pugnam, duces milites, peditum
equitumque vis. numen etiam deorum respexisse nomen Roma-
num visum; adeo facile inclinata res repulsique a castris hostes,
mox etiam redacti ad eum locum, in quo commissa pugna erat.
ibi obiacente sarcinarum cumulo, quas coniecerant in medium, 13
haesere inpediti; deinde, ne diriperentur res, orbem armatorum
sarcinis circumdant. tum vero eos a fronte urgere pedites, ab 14
tergo circumvecti equites; ita in medio caesi captique. captivo-
rum numerus fuit septem milium octingentorum, qui omnes nudi
sub iugum missi; caesos rettulere ad quattuor milia octingentos.

in Verbindung mit einem Abl. abs., wie 7, 11, 1; vgl. zu 5, 18, 5. — *oppositа*] näml. den Fliehenden; s. 6, 24, 5; zu 6, 23, 12.

7. *edictoque, ut*] s. 5, 19, 9: *edicto, ne*. — *haberetur**] zur Sache vgl. 6, 24, 5. — *ipse**] gehört zu *obstitit*. — *effuse**]

8. *elige .. malis*] s. 9, 45, 8. — *an hoste*] ohne *cum* vor *hoste*; vgl. zu 33, 36, 15.

9. *peditem*] s. zu 27, 3. — *consulem*]* — *circumagendi signa*] s. 6, 24, 7.

10. *rapta*] s. zu 3, 70, 10.

11. *Iovi Statori*] daher *constitisset*; vgl. 1, 12, 6; Schwegler 1, 484. Die Gelobung dieses Tempels ist wohl die Veranlassung der weit ausgesponnenen Schilderung dieser historisch wenig beglaubigten Schlacht; s. 37, 13. 16. — *vovet*]*

12. *numen*] die wirksam eingreifende Macht der Götter; s. 5, 51, 4. — *inclinata*] der Sache wurde eine andere (günstige) Wendung gegeben, d. h. die Sache nahm ..

13. *haesere*] s. 8, 38, 14; 22, 5, 5; 29, 33, 7; 34, 15, 8. — *orbem*] vgl. 4, 39, 4.

14. *caesi captique*] s. 9, 27, 14. — *numerus*] und § 15: *numerus* sind auch zu *septem milium octingentorum** zu denken: die Zahl der Gefangenen betrug ..; vgl. zu 23, 35, 6. — *nudi*] s. 3, 29, 1; 9, 6, 1. 15, 6. 42, 7; vgl. Zon. 8, 1. — *missi*] näml. *sunt*; s. zu 1, 5. — *caesos*] s. zu 34, 3.

15 ne Romanis quidem laeta victoria fuit; recensente consule biduo acceptam cladem amissorum militum numerus relatus septem milium octingentorum.

16 Dum haec in Apulia gerebantur, altero exercitu Samnites Interamnam, coloniam Romanam, quae via Latina est, occupare 17 conati urbem non tenuerunt; agros depopulati, cum praedam aliam inde mixtam hominum atque pecudum colonosque captos agerent, in victorem incidunt consulem ab Luceria redeuntem; nec praedam solum amittunt, sed ipsi longo atque inpedito 18 agmine inconpositi caeduntur. consul Interamnam edicto dominis ad res suas noscendas recipiendasque evocatis et exercitu ibi 19 relicto comitiorum causa Romam est profectus. cui de triumpho agenti negatus honos et ob amissa tot milia militum et quod captivos sine pactione sub iugum misisset.

37 Consul alter Postumius, quia in Samnitibus materia belli deerat, *in* Etruriam transducto exercitu primum pervastaverat Volsi- 2 niensem agrum; dein cum egressis ad tuendos fines haud procul moenibus ipsorum depugnat; duo milia octingenti Etruscorum 3 caesi; ceteros propinquitas urbis tutata est. in Rusellanum agrum exercitus traductus; ibi non agri tantum vastati sed oppidum etiam expugnatum; capta amplius duo milia hominum, 4 minus duo milia circa muros caesa. pax tamen clarior maiorque, quam bellum in Etruria eo anno fuerat, parta est: tres validissi-

15. *octingentorum*]* 16. *dum .. gerebantur*] s. 40, 9; 35, 31, 1. — *Interamnam*] s. 9, 28, 8. — *via Latina**] heifst sonst ‘auf der latinischen Strafse’; vgl. 2, 11, 7; 22, 1, 12; 26, 5, 8; häufiger so bei Verben der Bewegung; hier müfste es ‘an der latinischen Strafse’ heifsen, was ganz ungewöhnlich ist. Interamna lag etwas südlich von Casinum. Das 33, 10 erwähnte Zurückgehen der Samniten war also nicht von Bedeutung gewesen.

17. *aliam .. colonosque*] die Kolonisten werden von den unter der übrigen Beute sich findenden Menschen (wahrscheinlich sind Sklaven gemeint; s. 7, 27, 9) unterschieden. Zu *aliam* vgl. 34, 3.

18. *noscendas*] s. 20, 15; häufiger ist *cognoscere* (s. zu 3, 10, 1); vgl. 33, 2: *noscunt*; 22, 5, 3. — *evocatis**] vgl. 26, 41, 1; 45, 31, 9.

19. *sine pactione*] s. 6, 3, 3; 9, 11, 9; vgl. 6, 3, 10; die Feinde müssen bei der Deditio ausdrücklich erklären, dafs sie diese Schmach über sich wollen ergehen lassen; s. 9, 4, 3. 42, 7.

37. 1. *Volsiniensem*] s. 9, 41, 6; die Stadt wird auf einer Münze *Velsu* genannt; s. Mms. MW. 268; Dennis 337.

2. *egressis*] näml. *Volsiniensibus*. — *octingenti*]*

3. *Rusellanum*] s. 4, 5; vgl. Dennis 528.

4. *pax ..*] die Erfolge des Krieges waren gröfser, als der Krieg selbst gewesen war (s. 1, 35, 7), insofern auch nicht überwundene Städte Frieden suchten. — *tamen*] d. h. obgleich nach den Siegen des Konsuls der Friedensschlufs zu erwarten stand, so war doch dieser Friede .. — *tres validissimae*] s. 9, 37, 12;

mae urbes, Etruriae capita, Volsinii, Perusia, Arretium, pacem petiere; et vestimentis militum frumentoque pacti cum consule, ut mitti Romam oratores liceret, indutias in quadraginta annos impetraverunt. multa praesens quingentum milium aeris in singulas civitates inposita.

Ob hasce res gestas consul cum triumphum ab senatu moris magis causa quam spe inpetrandi petisset videretque alios, quod tardius ab urbe exisset, alios, quod iniussu senatus ex Samnio in Etruriam transisset, partim suos inimicos, partim collegae amicos, ad solacium aequatae repulsae sibi quoque negare triumphum, ‘non ita’ inquit, ‘patres conscripti, vestrae maiestatis meminero, ut me consulem esse obliviscar. eodem iure imperii, quo bella gessi, bellis feliciter gestis, Samnio atque Etruria subactis, victoria et pace parta triumphabo.’ ita senatum reliquit. inde inter tribunos plebis contentio orta; pars intercessuros, ne novo

nur ist dort statt Volsinii als dritte Stadt Cortona genannt; s. Mms. MW. 223. — *Arretium*] diese Stadt hat, ungeachtet der Verbindung der Optimaten mit Rom (s. 5, 13. 18, 5), sich den Feinden desselben angeschlossen.

5. *vestimentis .. pacti*] s. 46, 10; zu 9, 43, 6. — *oratores*] s. zu 9, 45, 18. — *multa*] Kriegskontribution. — *quingentum milium aeris**] vgl. 31, 4. Dadurch werden die Samniten genötigt, den Krieg allein fortzuführen.

6. *ob hasce ..*] der Nachsatz folgt § 8: *inquit.* — *hasce*] Liv. gebraucht die Formen mit *ce* selten; s. 1, 22, 7. 23, 7: *huiusce*; 22, 10, 2: *hisce* in einer alten Formel wie 9, 10, 9 u. a.; vgl. 17, 5: *hacine.* — *moris .. causa*] um der Sitte zu genügen, weil es Sitte war, dafs siegreiche Feldherren bei dem Senate um den Triumph anhielten; s. 3, 63, 8; 26, 21, 3; 28, 38, 4; zum Ausdr. vgl. 34, 9, 6.

7. *videretque ..*] bei der Verhandlung über den Triumph, zu der Postumius wohl den Senat in einen Tempel aufserhalb der Stadt berufen hatte; s. zu 3, 63, 7. — *tardius*] s. 32, 3. — *ab urbe exisset*] s. 43, 13; 21, 13, 7; 23, 18, 14; 24, 40, 11; 25, 22, 11; dies wird sonst nicht als Grund, den Triumph zu verweigern, angeführt. — *iniussu senatus*] der Senat macht schon jetzt den, freilich nicht immer beobachteten (s. 2, 48, 4; zu 36, 39, 7), Grundsatz geltend, dafs der Magistrat die ihm einmal angewiesene Provinz nicht ohne spezielle Erlaubnis verlassen dürfe; s. 18, 11; 27, 43, 6; Mms. StR. 1^2, 55. 125; namentlich mufste der, welcher triumphieren wollte, in seiner Provinz (s. 3, 2, 2) gesiegt haben; vgl. 28, 9, 10; 34, 10, 5. — *ad solacium ..*] dazu ist *aequatae repulsae* ein epexegetischer Genetiv, = um ihm (dem Kollegen) einen in der gleichfalls ausgesprochenen Zurückweisung bestehenden Trost zu gewähren, d. h. um ihn durch die gleiche Zurückweisung zu trösten; anders 47, 7; 5, 24, 5.

8. *maiestatis*] wird oft erwähnt; vgl. zu 2, 7, 7. — *ut me consulem ..*] vielleicht hatte der Magistrat ursprünglich das Recht, selbst über den Triumph zu entscheiden; s. Mms. StR. 1^2, 131. — *subactis*] ist in Bezug auf Samnium übertreibend. — *triumphabo*] näml. *in monte Albano*; s. zu 26, 21, 6; Mms. StR. 1^2, 131.

exemplo triumpharet, aiebant, pars auxilio se adversus collegas
10 triumphanti futuros. iactata res ad populum est vocatusque eo consul cum M. Horatium L. Valerium consules, C. Marcium Rutilum nuper, patrem eius, qui tunc censor esset, non ex auctori-
11 tate senatus, sed iussu populi triumphasse diceret, adiciebat se quoque laturum fuisse ad populum, ni sciret mancupia nobilium tribunos plebis legem inpedituros; voluntatem sibi ac favorem
12 consentientis populi pro omnibus iussis esse ac futura. posteroque die auxilio tribunorum plebis trium adversus intercessionem septem tribunorum et consensum senatus celebrante populo diem triumphavit.

13 Et huius anni parum constans memoria est. Postumium auctor est Claudius, in Samnio captis aliquot urbibus, in Apulia fusum fugatumque, saucium ipsum cum paucis Luceriam conpul-
14 sum; ab Atilio in Etruria res gestas eumque triumphasse. Fabius ambo consules in Samnio et ad Luceriam res gessisse scribit traductumque in Etruriam exercitum — sed ab utro consule,
15 non adicit — et ad Luceriam utrimque multos occisos inque ea pugna Iovis Statoris aedem votam, ut Romulus ante voverat; sed

9. *aiebant*]*

10. *iactata res ad populum est*] es finden keine Komitien statt, sondern, wie § 11 zeigt, eine Contio, in welcher der Konsul aufgefordert wird, eine Erklärung abzugeben (*vocatus*; s. 3, 64, 7), und das Volk zu erkennen geben soll, ob es die Intercession der Tribunen unterstützen werde; s. 8, 33, 9; über *ad populum* s. zu 3, 63, 8; 45, 36, 9. — *Horatium** . .] s. 3, 63, 11. — *Rutilum**] s. 7, 17, 9. — *censor*] s. 47, 2.

11. *laturum fuisse*] was er beantragt haben würde, ergiebt der Zusammenhang. — *mancupia*] 'als Sklaven', ist als das Wichtigste vorangestellt; vgl. 5, 11, 2; 6, 40, 10; zur Sache s. 9, 33, 5. 34, 26; zur Wortform vgl. Neue 1^2, 94. — *iussis*] auch dazu gehört *populi*; s. 5, 51, 1.

12. *auxilio* . .] die drei Tribunen haben dem Konsul ihr *auxilium* zugesagt für den Fall, dafs die intercedierenden ihn hindern oder wegen der Verletzung der *sacrosancta potestas* zur Strafe ziehen wollen; vgl. 4, 53, 7; Mms. StR. 1^2, 245. 247. 253. Postumius ist der erste, der ohne Senats- und Volksbeschluſs triumphiert; später wurde der Triumph, den der Senat versagte, auf dem albanischen Berge gehalten. Nach den Fasti triumphales haben beide Konsuln triumphiert, Postumius *a. CDLIX de Samnitibus et Etruscis VI. k. Apr.*, Atilius *de Volsonibus* (Volsinier?) *et Samnit. V. k. Apr.*; s. Mms. RF. 1, 214; Lange 2, 590.

13. *et huius* . .] häufiger als sonst sind in diesem Buche abweichende Berichte erwähnt; s. 5, 13. 9, 12. 17, 11. 18, 7. 25, 12. 26, 5. 12. 30, 4 usw. Die Kap. 36 gegebene Darstellung war weniger beglaubigt als (wahrscheinlich von Valerius Antias) ausgeschmückt. — *Claudius*] s. 9, 5, 2; Einl. 27. — *Apulia*]*

14. *Fabius*] s. Einl. 25; Liv. folgt ihm hier so wenig als 8, 33, 21. — *sed ab utro consule* . .] vgl. 2, 17, 3. — *adicit**] s. 8, 3.

15. *ut Romulus ante voverat*] ein

fanum tantum, id est locus templo effatus, fuerat. ceterum hoc 16
demum anno, ut aedem etiam fieri senatus iuberet, bis eiusdem
voti damnata re publica, in religionem venit.

Sequitur hunc annum et consul insignis, L. Papirius Cursor, 38
qua paterna gloria, qua sua, et bellum ingens victoriaque, quan-
tam de Samnitibus nemo ad eam diem praeter L. Papirium, pa-
trem consulis, pepererat. et forte eodem conatu apparatuque 2
omni opulentia insignium armorum bellum adornaverant et deo-
rum etiam adhibuerant opes, ritu quodam sacramenti vetusto
velut initiatis militibus. dilectu per omne Samnium habito nova

Zusatz des Liv., um die folgende, der 1, 44, 4 gegebenen ähnliche Erklärung: *sed fanum* .. anzuknüpfen und anzudeuten, warum erst jetzt der bereits von Romulus gelobte Tempel geweiht worden ist. — *fanum*] s. Varro L. L. 6, 54: *hinc fana nominata, quod per pontifices in sacrando fati sint finem*; vgl. Serv. zu Verg. Aen. 3, 463: *loca sacra, id est ab auguribus inaugurata, effata dicuntur.* — *templo*] ist wohl nicht in der allgemeinen Bedeutung ein 'durch Augurn inaugurierter Ort' (s. 1, 18, 7 ff.), der auch zum Abhalten der Auspicien, Volks- und Senatsversammlungen gebraucht werden konnte, sondern ein auf einem inaugurierten, von den Priestern durch bestimmte Formeln konsekrierten Raume errichtetes, einem Gotte durch einen Magistrat geweihtes Gebäude, ein *templum* im engeren Sinne; s. § 16: *aedem*; Serv. zu Verg. Aen. 1, 446: *antiqui aedes sacras templa ita faciebant, ut prius per augures locus liberaretur* (s. 1, 55, 2) *effareturque, tum demum a pontificibus consecraretur*; Nissen, Templum 4 ff., Marq. StVw. 3, 151 ff. — *effatus*] *

16. *ceterum*] nach der eingeschobenen Bemerkung kommt Liv. hiermit auf das Thatsächliche zurück. — *voti damnata*] s. 5, 25, 4; weil zweimal die Götter das gewährt hatten, wofür im Namen des Staates das Gelübde gethan war, so dafs diesem die Erfüllung oblag. — *re publica*]* — *in religionem venit*] man hielt sich für verpflichtet (durch die Religion), den Bau des Tempels auch wirklich (*etiam*) anzuordnen, und machte sich ein Gewissen daraus, ihn noch länger zu verschieben; dagegen bedeutet *in religionem venit* mit dem Inf. (s. 22, 33, 7): man machte sich ein Gewissen daraus, dafs etwas geschehen (nicht unterlassen) sei; anders Cic. de n. d. 2, 10; s. zu 2, 62, 2; 8, 3, 4; 26, 11, 4; vgl. Plin. 2, 145: *condi terra* (*fulmine exanimatum*) *religio tradidit.*

38—46. L. Papirius Cursor und Sp. Carvilius in Samnium. Dio Cass. frg. 36, 29.

1. *qua* .. *qua*] s. zu 9, 3, 4. — *paterna*] anders 2, 61, 3. — *patrem*] s. zu 9, 41, 1. — *de Samnitibus* .. *pepererat*] s. zu 4, 6, 5.

2. *apparatu*] vgl. 39, 11. — *omni opulentia* ..] vgl. die *scuta auro, argento caelata* 9, 40, 2; daher § 12: *insignia arma* (mit kostbaren Zieraten versehene Waffen). — *et deorum etiam adhibuerant* ..] der religiöse Ritus ist 9, 40, 1 übergangen; zu *et* .. *etiam* vgl. 6, 12, 6. — *opes*] s. 7, 28, 4. — *ritu* .. *initiatis militibus*] stellt das *initiare* nicht als vor *adhibuerant** vollendet dar, sondern dieses besteht in jenem, beides war vor dem Beginn der Kämpfe vollendet; vgl. zu 21, 1, 5; *ritu* bezieht sich auf § 6; das dort Erwähnte wird durch *dilectu* .. vorbereitet. — *initiatis*] *initiare* wird

3 lege, ut, qui iuniorum non convenisset ad imperatorum edictum
4 quique iniussu abisset, caput Iovi sacraretur, tum exercitus omnis Aquiloniam est indictus. ad quadraginta milia militum,
5 quod roboris in Samnio erat, convenerunt. ibi mediis fere castris locus est consaeptus cratibus pluteisque et linteis contectus, pa-
6 tens ducentos maxime pedes in omnis pariter partis. ibi ex libro vetere linteo tecto sacrificatum, sacerdote Ovio Paccio quodam, homine magno natu, qui se id sacrum *re*petere adfirmabat ex vetusta Samnitium religione, qua quondam usi maiores eorum fuissent, cum adimendae Etruscis Capuae clandestinum cepissent
7 consilium. sacrificio perfecto per viatorem imperator acciri iu-

gewöhnlich von Mysterien gebraucht (s. zu 39, 9, 4); daher ist *velut* zugesetzt. — *omne Samnium*] s. 14, 9; 9, 31, 6.

3. *imperatorum*] der Plural wie § 10; sonst wird nur ein Imperator erwähnt; s. § 7; 8, 39, 9. — *qui .. abisset*] wie bei dem Fahneneid der Römer (s. 3, 20, 3) immer geschworen wurde, aber erst nach der Aushebung. Auch *iuniores* ist nach römischer Weise gesagt. Die neue Bestimmung (*nova lege*) lag wohl in dem Zusatze *caput Iovi sacraretur*; vor *caput* ist *eius* zu denken; vgl. 36, 7. — *Iovi*] als dem höchsten Gotte; vgl. 3, 55, 7. — *sacraretur**] vgl. zu 2, 8, 2: *de sacrando cum bonis capite eius, qui ..*; der nicht Erscheinende wurde also *sacer*; die *lex* war eine *sacrata*; vgl. zu 4, 26, 3.

4. *tum*] weist, ohne besonderen Nachdruck, auf *dilectu habito* zurück; s. zu 3, 19, 1; anders ist 2, 29, 1: *tum demum*. — *Aquiloniam*] im Lande der Hirpiner, an der Grenze von Apulien; auf einer Münze lautet der Ablativ dieses Namens *akunniad*. — *indictus*] vgl. zu 27, 3.

5. *est consaeptus .. et .. contectus*] ist als Perf. pass. zu nehmen, obgleich von *consaepire* nur sehr selten eine andere Form als das Part. perf. pass. gebraucht wird; wollte man *est* für das Prädikat halten, so wäre das Präsens sehr auffallend (es müfste *erat* heifsen; vgl. § 8); es wurde ein Platz durch Flechten und Schirme (vielleicht Hendiadyoin: Schirme aus Flechten) auf allen Seiten abgeschlossen und oben mit leinenen Tüchern verhängt. — *ducentos maxime . .*] *maxime* = 'etwa, ungefähr', nur hier bei Liv. (wie im Griechischen *μάλιστα* bei Zahlwörtern), und nachgestellt, wie in der Regel auch *fere* und *paene* einem Zahlbegriff nachgestellt werden; vgl. 7, 30, 1. Häufiger ist *admodum* in diesem Sinne. Die Fläche umfafste also ungefähr 200 Fufs ins Geviert.

6. *ex libro . .*] d. h. nach den Vorschriften eines alten Buches, in welchem das Ritual enthalten war; das Buch ist an einer sichtbaren Stelle liegend zu denken und ebenso wie der ganze Platz mit Linnen bedeckt. — *tecto*]* — *sacerdote . .*] indem .. als Priester thätig war; da Paccius allein genannt wird, ist unter ihm der priesterliche Leiter und Vorsteher der Opferhandlung, d. h. der Oberpriester zu verstehen. — *Ovio**] s. 9, 7, 1. — *Paccio*] s. 27, 15, 3; zu 26, 33, 8; auf Inschriften *Pâcius* (*pakis*). Die zahlreichen Ablative wie 9, 28, 3. — *repetere .. ex vetusta . .*] die Weihung war also schon lange in Vergessenheit gekommen und wird erst jetzt bei der gröfsten Anstrengung des Volkes wieder angewandt; vgl. zu 7, 3, 3. — *eorum*] der zu Verpflichtenden.

7. *viatorem*] s. 8, 18, 8. — *nobi-*

bebat nobilissimum quemque genere factisque; singuli introducebantur. erat cum alius apparatus sacri, qui perfundere religione 8
animum posset, tum in loco circa omni contecto arae in medio victimaeque circa caesae et circumstantes centuriones strictis gladiis. admovebatur altaribus magis ut victima quam ut sacri 9
particeps adigebaturque iure iurando, quae visa auditaque in eo loco essent, non enuntiaturum. dein iurare cogebant diro quodam 10
carmine in execrationem capitis familiaeque et stirpis conposito, nisi isset in proelium, quo imperatores duxissent, et si aut ipse ex acie fugisset aut, si quem fugientem vidisset, non extemplo occidisset. id primo quidam abnuentes iuraturos se obtruncati circa 11

lissimum quemque] näml. in Rücksicht auf Abkunft (s. § 12 und 13) und auf Kriegsruhm; vgl. 41, 11. 46, 4; 9, 31, 6.

8. *erat*] steht als Prädikat voran; s. 8, 6, 5; zu 4, 1, 1; vgl. 32, 6. — *circa omni contecto*] rings in seinem ganzen Umfange . .; *circa* Adverb, wie 9, 23, 10; 22, 20, 5 u. a.; ebenso ist das folgende *circa* = 'rings herum' (und zwar rings um die *arae* herum). — *arae*] nach Festus (s. zu § 12) war es nur eine *ara*; s. zu § 9. — *in loco . . in medio*] *in loco* ist der allgemeine Begriff, *in medio* der besondere; vgl. 39, 12, 4. — *in medio*] 'in der Mitte', nämlich des *locus . . contectus*; vgl. 36, 1; zu *arae in medio, victimae caesae, circumstantes centuriones* ist aus dem Vorhergehenden *erant* zu ergänzen. — *centuriones*] richtiger wohl heifst es 41, 3: *armati sacerdotes.*

9. *admovebatur*] jedesmal der einzelne, der eingelassen wurde; geht auf § 7: *nobilissimum quemque* und *singuli* zurück, während § 8: *erat . . gladiis* als Parenthese zu betrachten ist. — *altaribus*] *altaria*: der Aufsatz des Altars, auf dem die Opfer verbrannt wurden; vgl. Quintil. Declam. 12: *quod aris altaria non imposuimus*; Lucan 3, 404; da der Plural *altaria* bei guten Schriftstellern sonst von einem Altar gebraucht wird und das Wort hier dem *arae* in § 8 (vgl. 41, 3) parallel steht, so ist auch dieses von einem Altare zu verstehen, wie 41, 20, 9; 42, 40, 8; 45, 27, 9; vgl. § 11; 21, 1, 4. — *ut victima*] vgl. 39, 10, 7: *ut quisque introductus sit, velut victimam tradi sacerdotibus.* — *sacri particeps*] während doch die, welche unter Opfern verpflichtet und geweiht werden sollten, recht eigentlich beteiligt waren. — *adigebatur . .*] vgl. 22, 38, 2.

10. *cogebant*] die § 6 und 8 genannten Personen. — *carmine*] Formel; s. zu 3, 64, 9. — *in execrationem . .*] der Schwörende erklärt unter Anrufung der Götter als Zeugen, dafs er, wenn er den Schwur breche, mit seiner Familie und seinem Stamme von den *sacra* ausgestofsen (*ex(s)ecratus*), d. h. aus der religiösen und somit auch der politischen (vgl. 1, 32, 7) Gemeinschaft des Volkes ausgeschlossen sein wolle; vgl. 39, 17. 41, 3. Der *execratus* ist verschieden von dem *sacer* (s. § 3), der einem Gott oder den Göttern verfallen ist. — *capitis*] seiner eigenen Person. — *familiae*] umfafst alle Personen, die privatrechtlich einem Oberhaupte unterworfen sind, d. h. in der *patria potestas* oder *manus* des Pater familias stehen. — *stirpis*] alle Seitenverwandte, die von einem *parens* (Stammvater) abstammen; beide sollen hier wohl nur alle Verwandten zusammenfassen. — *quo*]*

altaria sunt, iacentes deinde inter stragem victimarum documento
12 ceteris fuere, ne abnuerent. primoribus Samnitium ea detestatione obstrictis decem nominati ab imperatore; eis dictum, ut vir virum legerent, donec sedecim milium numerum confecissent. ea legio linteata ab integumento consaepti, *in* quo sacrata nobilitas erat, appellata est; his arma insignia data et cristatae
13 galeae, ut inter ceteros eminerent. paulo plus viginti milium alius exercitus fuit nec corporum specie nec gloria belli nec apparatu linteatae legioni dispar. hic hominum numerus, quod roboris erat, *ad* Aquiloniam consedit.

39 Consules profecti ab urbe, prior Sp. Carvilius, cui veteres legiones, quas M. Atilius, superioris anni consul, in agro Interamnati reliquerat, decretae erant. cum eis in Samnium profectus,
2 dum hostes operati superstitionibus concilia secreta agunt, Ami-
3 ternum oppidum de Samnitibus vi cepit. caesa ibi milia hominum duo ferme atque octingenti, capta quattuor milia ducenti
4 septuaginta. Papirius novo exercitu — ita enim decretum erat — scripto Duroniam urbem expugnavit. minus quam collega cepit hominum, plus aliquanto occidit; praeda opulenta utrobi-
5 que est parta. inde pervagati Samnium consules, maxime depopulato Atinate agro, Carvilius ad Cominium, Papirius ad Aquilo-

12. *detestatione*] die feierliche, unter Anrufung der Götter gegebene Erklärung, dafs sie *execrati* sein wollen; es ist die Form des Schwurs, wie die *execratio* der Inhalt desselben. — *nominati**] namentlich bezeichnet. — *dictum*] s. zu 8, 34, 4. — *vir virum . .*] vgl. 9, 39, 5. — *legio*] ist Heer oder Heeresteil, dessen Abteilungen 41, 10 *linteae cohortes* heifsen; vgl. zu 1, 28, 3; Nieb. RG. 2, 96. — *ab integumento*] ebenso Paul. Diac. S. 115: *legio Samnitium linteata appellata est, quod Samnites intrantes singuli ad aram velis linteis circumdatam non cessuros se Romano militi iuraverant*; nach 9, 40, 3 könnte man den Namen von der linnenen Bekleidung ableiten; vgl. zu 4, 20, 7. — *insignia*] s. 9, 40, 2.

13. *paulo plus . .*] nach § 4 müfsten es 24000 gewesen sein. — *apparatu*] glänzende Rüstung. — *roboris*]*

39. 1. *Interamnati*] s. 36, 16.

2. *operati*] das Verbum hat Liv. nach dem Vorgange Vergils zuerst in Prosa gebraucht; s. zu 1, 31, 8. — *superstitionibus*] abergläubische Religionsgebräuche. — *concilia . . agunt*] vgl. 3, 10, 8. 64, 8. — *Amiternum*] ist eine bekannte Stadt im Sabinerlande, die zu den Samniten abgefallen sein müfste, wie bald darauf (s. Per. 11) der sabinische Krieg ausbricht. Indes pafst dazu *in Samnium profectus* nicht; entweder lag in Samnium eine gleichnamige Stadt, oder der Name ist unrichtig. — *de Samnitibus*] s. zu 27, 1, 1.

4. *novo*] nach Dion. 16, 18 hat Postumius sein Heer eigenmächtig entlassen. — *Duroniam*] von unbestimmter Lage. — *expugnavit*] wahrscheinlich waren aufser den 38, 4 erwähnten Truppen noch andere ausgehoben und diese in den Städten zurückgelassen worden.

5. *depopulato*] s. zu 21, 7. — *Atinate*] wenn die 9, 28, 6 erwähnte

niam, ubi summa rei Samnitium erat, pervenit. ibi aliquamdiu 6
nec cessatum ab armis est neque naviter pugnatum; lacessendo
quietos, resistentibus cedendo comminandoque magis quam in-
ferendo pugnam dies absumebatur. quodcum*que* inciperetur re-
mittereturque, omnium rerum, etiam parvarum, eventus perfere-
batur in [dies] altera Romana castra, quae viginti milium spatio 7
aberant, et absentis collegae consilia omnibus gerendis intererant
rebus, intentiorque Carvilius, quo maiore discrimine res verteba-
tur, in Aquiloniam quam ad Cominium, quod obsidebat, erat.
L. Papirius, iam per omnia ad dimicandum satis paratus, nuntium 8
ad collegam mittit sibi in animo esse postero die, si per auspicia
liceret, confligere cum hoste; opus esse et illum, quanta maxuma 9
vi posset, Cominium oppugnare, ne quid laxamenti sit Samniti-
bus ad subsidia Aquiloniam mittenda. diem ad proficiscendum 10
nuntius habuit; nocte rediit, adprobare collegam consulta refe-
rens. Papirius nuntio misso extemplo contionem habuit; multa 11

Stadt im Volskerlande, die allerdings an der Grenze von Samnium lag und an dieses sich angeschlossen haben könnte, gemeint ist, erscheint der Ausdruck *pervagati Samnium* als ungenau; s. 15, 1. — *Cominium*] s. zu 25, 14, 14; wahrscheinlich zwischen Benevent und Luceria (oder Aquilonia) gelegen. — *summa rei*] die Hauptmacht.

6. *ibi*] nach dem Folgenden bei Aquilonia. — *cessatum ab . .*] s. zu 21, 8, 1. — *dies absumebatur*] gewöhnlicher sagt Liv. *diem* (*tempus*) *consumere*; s. 22, 8; 5, 21, 17; 23, 7, 12. 46, 5 u. a. Dafs unter *dies* der Tag der Ankunft bei der Stadt verstanden werde, scheint das Imperf. *absumebatur* und das Folgende, welches eine Wiederholung derselben Handlungen andeutet, nicht zuzulassen; es mufs also, dem *aliquamdiu* entsprechend, bedeuten: 'wurde jedesmal der Tag hingebracht'. — *quodcumque** *inciperetur . .*] der Konj. imperf. zur Bezeichnung wiederholter Handlungen, sehr häufig nach Temporalpartikeln (s. zu 1, 32, 13), findet sich oft auch nach Relativpronominibus; s. zu 21, 35, 2. — *inciperetur*] das Verbum *incipere* im Pass. nur hier bei Liv.; vgl. Sall. Iug. 21, 2. 57, 3. 74, 2; Anton Stud. 1, 79. — *perferebatur in*]*

7. *consilia*] 'der Geist'; s. Nägelsb. § 67, 2. — *gerendis intererant rebus*] s. 23, 9, 1; *intererat* = 'wohnte bei, war bei . . beteiligt'. — *quo** *maiore . .*] d. h. je mehr auf dem Spiele stand; zum Ausdr. vgl. 23, 29, 7: *quibus reditus in patriam eo discrimine pugnae verteretur*; sonst gebraucht Livius gewöhnlich *verti in re*; s. 4, 31, 4; 6, 37, 7; 8, 27, 4 u. a.; vgl. zu 3, 27, 7. — *intentior . . erat*] über das Fehlen von *eo* s. zu 2, 19, 10; zur Sache vgl. 4, 27, 8. — *in Aquiloniam . . ad Cominium*] über den Wechsel der Präposition s. zu 4, 56, 4. —

8. *per omnia*] 'in allen Beziehungen'; vgl. zu 8, 6, 16.

9. *quanta maxuma . .*] s. zu 9, 10, 10. — *laxamenti*] s. zu 9, 41, 12.

10. *diem*] Tag und Nacht zusammen; s. 40, 1. — *proficiscendum*] zur Hin- und Rückreise; er hat etwa 60 km zurückzulegen; s. § 7. — *referens*] = *et referebat*. — *consulta*] Beschlüsse, 'Absichten'; vgl. 25, 16, 4.

de universo genere belli, multa de praesenti hostium apparatu,
12 vana magis specie quam efficaci ad eventum, disseruit: non enim
cristas vulnera facere, et per picta atque aurata scuta transire
Romanum pilum, et candore tunicarum fulgentem aciem, ubi
13 res ferro geratur, cruentari. auream olim atque argenteam Sam-
nitium aciem a parente suo occidione occisam spoliaque ea
14 honestiora victori hosti quam ipsis arma fuisse. datum hoc forsan
nomini familiaeque suae, ut adversus maximos conatus Sam-
nitium opponerentur duces spoliaque ea referrent, quae insignia
15 publicis etiam locis decorandis essent. deos inmortales *cum iratos*
adesse propter totiens petita foedera, totiens rupta, tum, si qua
coniectura mentis divinae sit, nulli umquam exercitui fuisse in-
16 festiores, quam qui nefando sacro mixta hominum pecudumque
caede respersus, ancipiti deum irae devotus, hinc foederum cum
17 Romanis ictorum testes deos, hinc iuris iurandi adversus foedera
suscepti execrationes horrens, invitus iuraverit, oderit sacramen-
40 tum, uno tempore deos, cives, hostes metuat. haec conperta
perfugarum indiciis cum apud infensos iam sua sponte milites
disseruisset, simul divinae humanaeque spei pleni clamore con-
sentienti pugnam poscunt; paenitet in posterum diem dilatum
2 certamen; moram diei noctisque oderunt. tertia vigilia noctis,
iam relatis litteris a collega, Papirius silentio surgit et pullarium

11. *apparatu*] die Ausrüstung, konkret (= die hergestellten Waffen); s. 38, 2. — *vana specie*] ist Attribut zu *apparatu*, = *qui vana specie esset.*

12. *cristas*] s. 38, 12. — *picta atque aurata scuta*] vgl. 9, 40, 2.

13. *spoliaque ea . .*] vgl. 9, 40, 5.

14. *datum*] s. 28, 13. — *forsan*] s. zu 3, 47, 5. — *publicis . . locis decorandis*] ist Dativ des Zweckes, abhängig von *insignia*, mag man dieses als Adjektivum nehmen (s. zu 2, 5, 9; vgl. Quint. 10, 1, 65) oder als Substantivum (s. 9, 40, 1); zur Sache vgl. 9, 40, 16.

15. *iratos adesse*] die Götter, als Zeugen der Bündnisse (s. 1, 24, 8), können den Bruch derselben nur strafen; s. 2, 24, 2: *ultores superbiae . . adesse deos.* — *petita . . rupta*] näml. von den Samniten; so vom römischen Standpunkte aus gesagt; s. 8, 23, 3. 39, 13. — *si qua coniectura . .*] d. h. wenn sich, ohne besondere Anzeichen, der göttliche Wille vermuten läßt; vgl. zu 6, 12, 8.

16. *quam qui*] = *quam ei, qui . .* — *ancipiti*] zwiefach, d. h. in doppelter Beziehung zu befürchten; wird in den folgenden Worten erklärt. — *hinc . . hinc*] s. zu 9, 21, 3; vgl. zu 31, 6.

17. *sacramentum*] den Soldateneid (speziell); vorher *ius iurandum* im allgemeinen Sinne; vgl. zu 22, 38, 3. 5. — *cives*] in Bezug auf 38, 10: *si . . occidisset.*

40. 1. *haec*] näml. was er über die Rüstungen der Samniten und die religiöse Weihe gesagt hatte. — *pleni*] s. 2, 45, 14. — *moram . .*] s. zu 3, 2, 10: *longam noctem.*

2. *silentio*] s. 8, 23, 15. — *pullarium*] s. zu 8, 30, 2; er hat die heiligen Hühner aus dem Käfige zu lassen, ihnen Futter vorzusetzen

in auspicium mittit. nullum erat genus hominum in castris in- 3
tactum cupiditate pugnae, summi infimique aeque intenti erant;
dux militum, miles ducis ardorem spectabat. is ardor omnium 4
etiam ad eos, qui auspicio intererant, pervenit; nam cum pulli
non pascerentur, pullarius auspicium mentiri ausus tripudium
solistimum consuli nuntiavit. consul laetus auspicium egregium 5
esse et deis auctoribus rem gesturos pronuntiat signumque pu-
gnae proponit. exeunti iam forte in aciem nuntiat perfuga viginti 6
cohortes Samnitium — quadringenariae ferme erant — Comi-
nium profectas. quod ne ignoraret collega, extemplo nuntium
mittit; ipse signa ocius proferri iubet; subsidia suis quaeque locis
et praefectos subsidiis adtribuerat; dextro cornu L. Volumnium, 7
sinistro L. Scipionem, equitibus legatos alios, C. Caedicium et *T.*
Trebonium, praefecit; Sp. Nautium mulos detractis clitellis cum 8
tribus cohortibus alariis in tumulum conspectum propere circum-
ducere iubet atque inde inter ipsam dimicationem quanto maxime
posset moto pulvere ostendere. dum his intentus imperator erat, 9

und seine Beobachtungen dem Magistrate, in dessen Auftrage er dieses Auspicium anstellt, zu berichten; vgl. Cic. de div. 2, 72.

3. *intenti*] näml. *in eam (pugnam)*.

4. *intererant*] beiwohnten, bei.. thätig waren; vgl. § 11: *qui auspicio adest*; sonst heifst es auch *adhiberi in auspicium*, wie namentlich von dem Augur. — *non pascerentur*] nicht fressen wollten; dies galt für ein böses Zeichen; vgl. Cic. de div. 2, 72; *cum pascuntur (pulli*, nach § 73 *fame enecti), necesse et aliquid ex ore cadere;.. cum igitur offa* (von dem Brei, *puls*, der ihnen vorgesetzt wurde) *cecidit ex ore pulli, tum auspicanti tripudium solistimum nuntiatur.* — *mentiri*] vgl. zu 21, 63, 5.

6. *exeunti iam forte..*] gerade als er bereits ausrücken wollte..; s. 19, 1: *digredientes*; zu *iam forte* vgl. 21, 51, 4. — *viginti.. profectas*] dies ist wahrscheinlich der Grund, warum jetzt die Schlacht geliefert wird; vgl. 19, 14. — *quadringenariae*] s. 7, 7, 4; die vier war die ordnende Zahl bei den Samniten; s. Nieb. RG. 2, 96. — *ferme*] wie 29, 12. — *ocius*] nur um so rascher; s. 22, 3, 11; vgl. 8, 24, 3: *eo ocius*. — *proferri*] s. 9, 32, 5. — *subsidia*]* — *adtribuerat*] 'hatte zugewiesen'; der Ausdruck ist zunächst durch *praefectos* veranlafst; die *praefecti* sind hier die Befehlshaber der einzelnen Abteilungen der Reserve, nicht die *praefecti socium*.

7. *alios*] also sind auch die Konsulare Volumnius (s. 31, 5) und Scipio (s. 29, 5) Legaten, wie in späterer Zeit; s. 36, 17, 1; 39, 31, 4.

8. *clitellis*] vgl. 7, 14, 7. — *cohortibus alariis*] s. 41, 5. 43, 3; *cohortes* sind die Bundestruppen (s. 18, 3), welche mit Ausnahme der Kampaner (vgl. 8, 14, 10) Kohorten von je 420 M. unter einer Fahne (s. 33, 1) ins Feld stellten; je 10 Kohorten bildeten eine Ala, die einer Legion entsprach. — *conspectum*] s. zu 2, 5, 5. — *quanto*] ist an den Ablativ angeschlossen; die vollständige Konstr. wäre *quantum maxime movere posset*; über *maxime** s. zu 9, 10, 10. — *ostendere**] näml. *mulos cum cohortibus*.

9. *dum..erat*] vgl. 36, 16.

altercatio inter pullarios orta de auspicio eius diei exauditaque ab equitibus Romanis, qui rem haud spernendam rati Sp. Papirio,
10 fratris filio consulis, ambigi de auspicio renuntiaverunt. iuvenis ante doctrinam deos spernentem natus rem inquisitam, ne quid
11 inconpertum deferret, ad consulem detulit. cui ille: ‘tu quidem macte virtute diligentiaque esto! ceterum qui auspicio adest, si quid falsi nuntiat, in semet ipsum religionem recipit; mihi quidem tripudium nuntiatum, populo Romano exercituique egregium
12 auspicium, est.’ centurionibus deinde imperavit, uti pullarios inter prima signa constituerent. promovent et Samnites signa; insequitur acies ornata armataque, ut hostibus quoque magnifi-
13 cum spectaculum esset. priusquam clamor tolleretur concurrereturque, emisso temere pilo ictus pullarius ante signa cecidit.
14 quod ubi consuli nuntiatum est, ‘di in proelio sunt’ inquit; ‘habet poenam noxium caput.’ ante consulem haec dicentem corvus voce clara occinuit; quo laetus augurio consul, adfirmans numquam humanis rebus magis praesentes interfuisse deos, signa canere et
41 clamorem tolli iussit. proelium commissum atrox, ceterum longe disparibus animis: Romanos ira, spes, ardor certaminis avidos hostium sanguinis in proelium rapit; Samnitium magnam partem necessitas ac religio invitos magis resistere quam inferre pugnam
2 cogit. nec sustinuissent primum clamorem atque impetum Romanorum, per aliquot iam annos vinci adsueti, ni potentior alius
3 metus insidens pectoribus a fuga retineret. quippe in oculis erat omnis ille occulti apparatus sacri et armati sacerdotes et promi-

10. *ante doctrinam . .*] s. 3, 20, 5; 6, 41, 8; Einl. 17. — *inconpertum*] vgl. 9, 26, 15.

11. *macte . . esto*] s. zu 2, 12, 14. — *si quid falsi . .*] es galt nach diesen Worten als sicher, dafs, wenn ein von dem die Götter befragenden Magistrat Beauftragter ein falsches Auspicium meldet, dieses zwar für den Staat gültig ist und ihm der Erfolg entspricht (daher *mihi . . auspicium est*), den Schuldigen aber die Strafe trifft; vgl. Mms. StR. 1^2, 77. 81. — *nuntiat*] dies ist zunächst die Sache des Augur; hier thut es der Pullarius; vgl. zu 22, 42, 8. — *religionem*] den Fluch; s. 7, 3, 9.

12. *inter prima signa*] s. 9, 32, 8. — *ornata armataque*] in glänzender Rüstung; s. 7, 10, 5; anders 9, 30, 4. — *hostibus**] für die Römer; s. 39, 13.

13. *emisso temere . .*] so dafs darin ein Gottesgericht erkannt werden konnte.

14. *corvus . . occinuit*] vgl. zu 6, 41, 8. — *praesentes*] vgl. 7, 26, 7.

41. 1. *ira, spes*] vgl. 31, 6. — *rapit . . cogit*] scharfe Gegensätze. — *magnam partem . .*] s. 38, 10. —

2. *retineret*] statt *retinuisset*, um das Andauern zu bezeichnen; dem Sinne nach = *sed retinebat*; vgl. 9, 19, 5. — *vinci adsueti*] s. zu 6, 11. — *insidens pectoribus*] s. zu 45, 1, 4.

3. *omnis . . occulti*] entsprechen in derselben Folge den Substantiven *apparatus** und *sacri*; zur Wortstellung vgl. 9, 28, 6; zu 44, 28, 15. — *armati sacerdotes*] vgl.

scua hominum pecudumque strages et respersae fando nefandoque sanguine arae et dira execratio ac furiale carmen detestandae familiae stirpique conpositum: iis vinculis fugae obstricti stabant, civem magis quam hostem timentes. instare Romanus a cornu 4 utroque, a media acie, et caedere deorum hominumque attonitos metu; repugnatur segniter, ut ab iis, quos timor moraretur a fuga. iam prope ad signa caedes pervenerat, cum ex trans- 5 verso pulvis velut ingentis agminis incessu motus apparuit; Sp. Nautius — Octavium Maecium quidam eum tradunt — *cum* auxiliaribus cohortibus erat; pulverem maiorem quam pro numero 6 excitabant; insidentes mulis calones frondosos ramos per terram trahebant. arma signaque per turbidam lucem in primo apparebant; post altior densiorque pulvis equitum speciem cogentium agmen dabat fefellitque non Samnites modo sed etiam Romanos; et consul adfirmavit errorem clamitans inter prima signa, 7 ita ut vox etiam ad hostis accideret, captum Cominium, victorem collegam adesse: adniterentur vincere, priusquam gloria alterius exercitus fieret. haec insidens equo; inde tribunis centurionibus- 8

38, 8; wahrscheinlich niedere Priester, welche die Strafe sogleich vollziehen. — *promiscua*] vgl. 39, 16: *mixta*. — *nefando*] der gemordeten Menschen. — *arae*] vgl. 38, 8. — *ac furiale carmen*] und die furienartige, d. h. grausenerregende Formel; s. 39, 15, 3; vgl. zu 31, 17, 9; *furialis* ist mehr bei Dichtern im Gebrauch; *ac* verbindet *carmen* mit *execratio*. — *detestandae*..] ist ein von *conpositum* ('abgefafst') abhängender Dativ des Zweckes, welchen Liv. freier anwendet als Frühere; s. 25, 16, 9; zu 7, 3, 1. — *familiae*] s. 38, 10: *capitis familiaeque*. — *civem*] vgl. 38, 10.

4. *media acie*] diese ist § 1 und 40, 7 nicht erwähnt. — *ut ab iis, quos* . .] gewöhnlich braucht Liv. das begründende *ut qui* ohne *is*; s. zu 1, 49, 3; an u. St. erforderte die Konstruktion diesen Zusatz (aktivisch würde es geheifsen haben: *repugnant illi segniter, ut quos* . .). Doch kann der Gedanke auch allgemein genommen werden, = wie es bei solchen natürlich ist, die . . — *timor*] nach dem vorhergehenden *metu*, um abzuwechseln; vgl. 26, 20, 5; 45, 26, 7; dafs die Furcht an der Flucht hindert, ist eine Art Oxymoron; vgl. 21, 40, 6.

5. *signa*] die Fahnen hinter dem ersten Gliede. — *ex transverso*] vgl. § 9; 3, 62, 8; zu 1, 13, 1. — *Octavium* . .] zur Parenthese vgl. 9, 36, 2. — *tradunt*] näml. *fuisse*; s. 9, 36, 2 (vgl. 44, 14, 1); Cic. Brut. 50 (vgl. de n. d. 1, 60; de off. 1, 113). — *cum auxiliaribus* . .] vgl. 40, 8.

6. *in primo*] vorn, = im Vortrabe; s. 14, 17. — *post*] lokal, = weiter hinten; s. zu 8, 8, 13. — *speciem* . . *dabat*] bewirkte, dafs sie so erschienen; s. zu 24, 13.

7. *fefellitque*] Subjekt ist allgemein 'es' (die Erscheinung). — *accideret*] vgl. zu 21, 10, 12. — *adniterentur*] s. zu 9, 26, 15.

8. *inde*] giebt nur die Zeitfolge an, nicht etwa, dafs er das Folgende zu Fufse angeordnet habe (wie 6, 8, 1; 7, 33, 9); denn *insidens equo* ist im Vorhergehenden nur hinzugefügt, um das weithin

que imperat, ut viam equitibus patefaciant; ipse Trebonio Caedicioque praedixerat, ut, ubi se cuspidem erectam quatientem vidissent, quanta maxima vi possent, concitarent equites in ho-
9 stem. ad nutum omnia, ut ex ante praeparato, fiunt: panduntur inter ordines viae, provolat eques atque infestis cuspidibus in medium agmen hostium ruit perrumpitque ordines, quacumque impetum dedit. instant Volumnius et Scipio et perculsos ster-
10 nunt. tum iam deorum hominumque victa vis: funduntur linteatae cohortes, pariter iurati iniuratique fugiunt nec quemquam
11 praeter hostes metuunt. peditum agmen, quod superfuit pugnae, in castra aut Aquiloniam conpulsum est; nobilitas equitesque Bovianum perfugerunt. equitem eques sequitur, peditem pedes; diversa cornua dextrum ad castra Samnitium, laevum ad urbem
12 tendit. prior aliquanto Volumnius castra cepit; ad urbem Scipioni maiore resistitur vi, non quia plus animi victis est, sed melius muri quam vallum armatos arcent: inde lapidibus pro-
13 pulsant hostem. Scipio, nisi in primo pavore, priusquam colligerentur animi, transacta res esset, lentiorem fore munitae ur-

vernehmbare Rufen zu erklären. — *ut viam . . patefaciant*] allgemein, = 'freies Feld . . zu schaffen'; gewöhnlicher sind *viae* die Zwischenräume zwischen den Manipeln; s. § 9; vgl. 27, 8. — *ipse*] da Papirius soeben einen Befehl erteilt hat, kann der Gegensatz nur sein: wie er soeben die Tribunen angewiesen hatte, einen Befehl zu geben, so hatte er selbst schon vorher den Reitern unmittelbar befohlen, was sie thun sollten. — *praedixerat*] s. 2, 10, 4; anders 14, 7. — *quanta . .*] vgl. 40, 8.

9. *ut ex . .*] erklärend, wie es bei . . . natürlich ist; über den Ausdruck *ex ante praeparato* s. zu 4, 22, 3. — *panduntur*] ist, *fiunt* entsprechend, Passiv; in der hier erforderlichen Bedeutung findet sich das Verbum mehr bei Dichtern. — *quacumque impetum dedit*] s. zu 4, 28, 1; das Perfektum, weil in jedem einzelnen Falle vor dem *perrumpere* das *impetum dare* vollendet sein mufste.

10. *deorum . . vis*] die Macht der Götter wurde überwunden, insofern bisher die Furcht vor ihnen die Samniten zum Standhalten veranlafst hatte. — *iniurati*] die den feierlichen Eid 38, 9 nicht geleistet haben. — *praeter hostes*] also nicht mehr die Götter und nicht mehr ihre Mitbürger; s. 39, 17.

11. *quod superfuit . .*] soviel nämlich von denselben (den Fufstruppen) . . überlebte (nach der Schlacht noch übrig war); zu *quod* vgl. 5, 34, 5; zu *superfuit pugnae* vgl. zu 9, 38, 3. — *nobilitas equitesque*] werden nach römischer Auffassung als zwei geschiedene Stände betrachtet. — *Bovianum*] wohl das südliche, welches von den Samniten wieder erobert sein müfste (s. 9, 44, 14); dies lag ziemlich weit von Aquilonia entfernt. — *equitem*]*

12. *non quia . .*] vgl. 7, 30, 13; 8, 19, 3; 33, 27, 6; 39, 41, 2; 40, 33, 2. In dem Satz mit *sed* ist die Kausalpartikel hinzuzudenken. — *est*]* — *inde*] = *ex iis* (*muris*).

13. *in primo . .*] noch während des ersten . .; vgl. 5, 19, 4.

bis oppugnationem ratus, interrogat milites, satin aequo animo paterentur ab altero cornu castra capta esse, se victores pelli a portis urbis. reclamantibus universis primus ipse scuto super 14
caput elato pergit ad portam; secuti alii testudine facta in urbem perrumpunt deturbatisque Samnitibus quae circa portam erant muri occupavere; penetrare in interiora urbis, quia pauci admodum erant, non audent. haec primo ignorare consul et intentus **42**
recipiendo exercitui esse; iam enim praeceps in occasum sol erat et adpetens nox periculosa et suspecta omnia etiam victoribus faciebat. progressus longius ab dextra capta castra videt, ab 2
laeva clamorem in urbe mixtum pugnantium ac paventium fremitu esse: et tum forte certamen ad portam erat. advectus 3
deinde equo propius, ut suos in muris videt nec iam integri quicquam esse, quoniam temeritate paucorum magnae rei parta occasio esset, acciri quas receperat copias signaque in urbem inferri iussit. ingressi proxima, ea parte, quia nox adpropinquabat, 4
quievere. nocte oppidum ab hostibus desertum est. caesa illo 5
die ad Aquiloniam Samnitium milia viginti trecenti quadraginta, capta tria milia octingenti septuaginta, signa militaria nonaginta septem. ceterum illud memoriae traditur, non ferme alium ducem 6
laetiorem in acie visum seu suopte ingenio seu fiducia bene gerundae rei. ab eodem robore animi neque controverso auspicio 7
revocari a proelio potuit et in ipso discrimine, quo templa deis

14. *scuto . .*] zur Sache vgl. 26, 44, 7. — *testudine . .*] s. zu 43, 5. — *quae . . muri*] die Teile der Mauer, welche zu beiden Seiten des Thores waren. — *interiora* urbis*] s. 42, 4; 5, 29, 4.

42. 1. *ignorare . .*] dies und das in § 2 Berichtete ist merkwürdig; der Oberfeldherr hätte danach überhaupt nicht gewufst, was geschah; s. 41, 11. — *praeceps in . .*] s. zu 25, 34, 14.

2. *videt*] gehört in der Bedeutung 'wahrnehmen' auch zu *ab laeva . . esse*; s. zu 6, 25, 9. — *clamorem . . pugnantium ac paventium*] 'Kampf- und Angstgeschrei'; s. zu 22, 5, 4.

3. *nec iam integri . . esse*] er könne nicht mehr frei verfügen; s. 30, 12, 20; vgl. 45, 19, 14; zu 8, 1.

4. *ingressi*] ohne Kampf; s. 41, 14. — *proxima*] s. 41, 11. — *ea* parte*] im Gegensatz zu der unausgedrückt gebliebenen Hinterseite der Stadt, auf der sich der Auszug der Einwohner in der Nacht vollzieht.

5. *milia viginti . .*] die Zahlen sind sehr grofs und übertrieben (wohl dem Valerius Antias entnommen); vgl. Nieb. RG. 3, 462. — *octingenti*]*

6. *non ferme alium . .*] vgl. 7, 33, 1. — *laetiorem*] vgl. 30, 32, 11. — *suopte ingenio*] s. 1, 18, 4; die bleibende, alle einzelnen Eigenschaften umfassende Geistesanlage. — *fiducia*] das Selbstvertrauen und die Sicherheit in dem einzelnen Falle.

7. *ab eodem . .*] infolge derselben Energie, die sich auch in seiner Freudigkeit aussprach; über *ab* s. zu 5, 2. — *neque . . et*] entsprechen sich. — *revocari . .*] der 40, 11

inmortalibus voveri mos erat, voverat Iovi Victori, si legiones hostium fudisset, pocillum mulsi, priusquam temetum biberet, sese facturum. id votum dis cordi fuit, et auspicia in bonum verterunt.

43 Eadem fortuna ab altero consule ad Cominium gesta res. prima luce ad moenia omnibus copiis admotis corona cinxit urbem subsidiaque firma, ne qua eruptio fieret, portis opposuit. 2 iam signum dantem eum nuntius a collega trepidus de viginti cohortium adventu et ab impetu moratus est et partem copiarum revocare instructam intentamque ad oppugnandum coegit. 3 D. Brutum Scaevam legatum cum legione prima et decem cohortibus alariis equitatuque ire adversus subsidium hostium iussit: 4 quocumque in loco fuisset obvius, obsisteret ac moraretur manumque, si forte ita res posceret, conferret, modo ne ad Comi- 5 nium eae copiae admoveri possent. ipse scalas ferri ad muros ab omni parte urbis iussit ac testudine ad portas successit; simul et refringebantur portae et vis undique in muros fiebat. Samnites sicut, antequam in muris viderent armatos, satis animi 6 habuerunt ad prohibendos urbis aditu hostes, ita, postquam iam non ex intervallo nec missilibus, sed cominus gerebatur res et

ausgesprochene Grundsatz hätte also nicht durchaus festgestanden. — *voveri mos erat*] s. zu 2, 53, 5. — *Victori*] s. 29, 18. — *pocillum mulsi*] 'ein Gläschen versüfsten Weines'; vgl. Plin. 14, 91: *votum fecit, si vicisset, Iovi pocillum vini*; Nieb. RG. 3, 459. — *temetum*] starker, ungemischter Wein. Das Ganze ist ein Scherz, der an die 40, 10 erwähnte *doctrina deos spernens* erinnert; aber ein Spott soll nicht darin liegen; vgl. Lange 2, 92. — *facturum*] mit dem Dativ der Gottheit und dem Opfer im Accusativ (oder Ablativ) oder einem von beiden verbunden, ist *facere* = opfern; s. 22, 10, 3; vgl. die Charakterschilderung des älteren Papirius 9, 16, 12 ff. — *cordi fuit*] s. zu 6, 9, 3.

43. 2. *nuntius* ..] wie der Bote von der 40, 6 bezeichneten Zeit bis zu dem vorliegenden Zeitpunkte hat 30 km (s. 39, 7) zurücklegen können, ist nicht ersichtlich; auffallend ist auch, dafs die Hälfte des Heeres dem Feinde entgegengeschickt wird. — *nuntius a collega*] s. 9, 20, 1; über die beiden zu *nuntius* gehörenden Präpositionen s. 26, 6; 9, 20, 1; zu 2, 52, 7. — *intentam ad*] vgl. 42, 1; zu 3, 8, 8. — *oppugnandum*] absolut; s. zu 23, 18, 7.

3. *equitatuque*] mit der zu diesen Truppenteilen gehörenden Reiterei; s. Marq. StVw. 2, 387. — *subsidium hostium*] die vom Feinde zum Entsatz der Stadt geschickten Truppen.

4. *manum conferre*] s. zu 9, 5, 10.

5. *testudine*] s. 41, 14; zu 34, 39, 6; anders 29, 12. — *simul et .. et*] s. zu 32, 18, 3. — *vis .. fiebat*] s. 3, 5, 5; 32, 9, 8; 36, 16, 3; 37, 11, 10; 44, 35, 7.

6. *cominus* ..] nach der Darstellung des Liv. hätten die Römer die Mauer erstiegen, auf dieser in der Nähe und *ex aequo* gekämpft und dann erst die Samniten zum Rück-

qui aegre successerant ex plano in muros, loco, quem magis timuerant, victo facile in hostem inparem ex aequo pugnabant, relictis turribus murisque in forum omnes conpulsi paulisper 7 inde temptaverunt extremam pugnae fortunam; deinde abiectis 8 armis ad undecim milia hominum et quadringenti in fidem consulis venerunt; caesa ad quattuor milia octingenti octoginta.

Sic ad Cominium, sic ad Aquiloniam gesta res; in medio 9 inter duas urbes spatio, ubi tertia expectata erat pugna, hostes non inventi. septem milia passuum cum abessent a Cominio, revocati ab suis neutri proelio occurrerunt. primis ferme tene- 10 bris, cum in conspectu iam castra, iam Aquiloniam habuissent, clamor eos utrimque par accidens sustinuit; deinde regione 11 castrorum, quae incensa ab Romanis erant, flamma late fusa certioris cladis indicio progredi longius prohibuit. eo ipso loco 12

zuge gezwungen. Da ein solcher Kampf auf der Mauer schwerlich stattfinden konnte, so ist vielleicht anzunehmen, dafs die Stadt wegen terrassenförmiger Abschroffung des Berges (s. 17, 10. 41, 14) nur um die Thore mit Mauern befestigt war, so dafs auf den einzelnen Terrassen und auf der Höhe selbst in der Nähe gekämpft werden mufste; s. Nieb. RG. 3, 462; Abecken S. 149. — *et qui . . successerant*] näml. *Romani*. — *loco . . victo*] s. 5, 48, 6: *famem vincere*; 8, 28, 8: *victum vinculum fidei*; vgl. 2, 65, 5: *exsuperant iniquitatem loci*. — *facile . . pugnabant*] der Kampf erforderte keine grofse Anstrengung.

7. *temptaverunt . . fortunam*] d. h. sie boten die letzte Kraft auf, um der Schlacht eine glückliche Wendung zu geben.

8. *ad undecim milia . .*] der Verlust der Samniten hier und 42, 5 beträgt über 38000 M., etwa so viele, als ausgehoben worden sind (s. 38, 4. 13); trotzdem sollen (nach 40, 6) 8000 M. an den Kämpfen keinen Anteil genommen haben; vgl. § 2: *nuntius . . — octingenti*]*

9. *in*]* — *hostes non inventi . .*] nach § 2 f. ist Carvilius von Papirius über das Anrücken eines besonderen Heeres (20 Kohorten) benachrichtigt worden. Carvilius entsendet den Scaeva mit einer entsprechenden Abteilung, um jene 20 Kohorten aufzuhalten oder, wenn nötig, mit ihnen zu kämpfen. Diese 20 K. sind die Feinde, die von Scaeva nicht gefunden wurden. Sie waren nämlich von den Ihrigen (in Aquilonia), die inzwischen mit Papirius den Kampf begonnen hatten, zurückgerufen worden, gelangten aber nicht frühe genug nach Aquilonia, um noch helfen zu können; daher *neutri proelio occurrerunt* (d. h. sie kämpften weder mit Scaeva noch mit Papirius). — *occurrerunt*] kamen zu . .; vgl. zu 31, 29, 1.

10. *habuissent*] dem Sinne nach = *cum iam tantum appropinquassent, ut . . haberent*; bei dem Anbruche der Dämmerung hielt sie das Geschrei, dann (als die Nacht angebrochen war) der Feuerschein des brennenden Lagers zurück. — *sustinuit*] vgl. 25, 36, 1; 31, 24, 8.

11. *regione* castrorum*] in der Richtung des Lagers; s. zu 34, 7. — *erant*]* — *fusa**] = *diffusa*; vgl. 5, 54, 1. — *certioris**] ist mit *cladis* verbunden statt mit *indicio*, zu dem es eigentlich gehört; über diesen Gebrauch s. zu 1, 1, 4.

12. *eo ipso loco*] vgl. 34, 9:

temere sub armis strati passim inquietum omne tempus noctis expectando timendoque lucem egere. prima luce incerti, quam in partem intenderent iter, repente in fugam consternantur ab
13 equitibus, qui egressos nocte ab oppido Samnites persecuti vide-
14 rant multitudinem non vallo, non stationibus firmatam. conspecta et ex muris Aquiloniae ea multitudo erat, iamque etiam legionariae cohortes sequebantur. ceterum nec pedes fugientes persequi potuit, et ab equite novissimi agminis ducenti ferme et
15 octoginta interfecti; arma multa pavidi ac signa militaria duodeviginti reliquere; alio agmine incolumi, ut ex tanta trepidatione, Bovianum perventum est.

44 Laetitiam utriusque exercitus Romani auxit et ab altera parte feliciter gesta res. uterque ex alterius sententia consul cap-
2 tum oppidum diripiendum militi dedit, exhaustis deinde tectis ignem iniecit; eodemque die Aquilonia et Cominium deflagravere et consules cum gratulatione mutua legionum suaque castra con-
3 iunxere. in conspectu duorum exercituum et Carvilius suos pro cuiusque merito laudavit donavitque, et Papirius, apud quem multiplex in acie, circa castra, circa urbem fuerat certamen, Sp. Nautium, Sp. Papirium, fratris filium, et quattuor centuriones ma-
4 nipulumque hastatorum armillis aureisque coronis donavit: Nautium propter expeditionem, qua magni agminis modo terruerat hostes, iuvenem Papirium propter navatam cum equitatu et in proelio operam et nocte, qua fugam infestam Samnitibus ab
5 Aquilonia clam egressis fecit, centuriones militesque, quia primi

eodem loco. — *temere*]* — *passim*] über die Wortstellung s. zu 34, 8. — *inquietum . . egere*] s. zu 1, 4. — *expectando . .*] sie erwarteten sehnsüchtig und fürchteten doch zugleich, = unter angstvoller Erwartung. — *in fugam consternantur**] *in fugam* bezeichnet die Folge des *consternari*; s. zu 7, 42, 3.

13. *egressos . . ab oppido*] s. zu 37, 7.

15. *alio . .*] 'mit dem übrigen . .', wozu im folgenden besser *pervenerunt* gepafst hätte. — *ut ex . .*] ein beschränkender Zusatz zu *incolumi*, = 'soweit es bei . . möglich war'; s. zu 5, 41, 1; vgl. 46, 2.

44. 1. *ex . . sententia*] s. 30, 1.

2. *exhaustis*] ausgeplündert.

3. *et quattuor centuriones*] *et* = 'und aufserdem (andererseits)'; ob es die zwei Centurionen und Subcenturionen des einen hinterher erwähnten Manipels sind, ist nicht zu erkennen. — *armillis*] s. 1, 11, 8; Paul. Diac. S. 25: *armillas ex auro, quas viri militares ab imperatoribus donati gerunt, dictas esse existimant, quod antiqui humeros cum bracchiis armos dicebant.* — *coronis*] vgl. zu 7, 37, 1; anderer Art sind die 46, 3 erwähnten.

4. *qua** *infestam*] vgl. 34, 28, 11. — *fecit*] man erwartete *fecerat*, wie *terruerat* und *ceperant*; das Perf. ist hier gebraucht, weil diese That des Papirius erst jetzt berichtet wird; vgl. 9, 46, 11; 23, 29, 16; 28, 22, 4; zu 1, 1, 1.

5. *centuriones militesque*] nur

portam murumque Aquiloniae ceperant, equites omnes ob insignem multis locis operam corniculis armillisque argenteis donat. consilium inde habitum. cum iam tempus esset deducendi de 6
Samnio exercitus aut utriusque aut certe alterius, optimum vi- 7
sum, quo magis fractae res Samnitium essent, eo pertinacius et infestius agere cetera et persequi, ut perdomitum Samnium insequentibus consulibus tradi posset: quando iam nullus esset 8
hostium exercitus, qui signis conlatis dimicaturus videretur, unum superesse belli genus, urbium oppugnationes, quarum per excidia militem locupletare praeda et hostem pro aris ac focis dimicantem conficere possent. itaque litteris missis ad senatum 9
populumque Romanum de rebus ab se gestis diversi Papirius ad Saepinum, Carvilius ad Veliam oppugnandam legiones ducunt.

Litterae consulum ingenti laetitia et in curia et in contione 45
auditae, et quadridui supplicatione publicum gaudium privatis studiis celebratum est. nec populo Romano magna solum sed 2
peropportuna etiam ea victoria fuit, quia per idem forte tempus rebellasse Etruscos adlatum est. subibat cogitatio animum, quo- 3
nam modo tolerabilis futura Etruria fuisset, si quid in Samnio adversi evenisset, quae coniuratione Samnitium erecta, quoniam ambo consules omnisque Romana vis aversa in Samnium esset,

die § 3 genannten. — *corniculis*] die *cornicula*, eine Art Helmschmuck, werden als militärische Auszeichnung selten erwähnt (s. Plin. 10, 124), müssen aber oft gegeben worden sein, da nach denselben später Gehülfen der Prätoren und Adjutanten der Offiziere *cornicularii* genannt wurden; s. Marq. StVw. 2, 528.

6. *cum*] konzessiv. — *de* Samnio*] vgl. 46, 1.

8. *aris ac focis*] s. zu 9, 12, 6.

9. *populumque Romanum*] obgleich die Berichte zunächst an die Magistrate und den Senat gerichtet waren; s. 45, 1; 22, 56, 2. — *Saepinum*] nicht weit östlich von Bovianum. — *Veliam**] das bekannte Velia an der Westküste Lukaniens kann nicht gemeint sein.

45. 1. *et in contione*] s. 27, 50, 11: *in senatu primum, deinde in contione litterae recitatae sunt*; 27, 51, 5; 33, 24, 4. — *privatis studiis*] die eifrige Teilnahme der einzelnen in Bezug auf Opfer, Gebete und Festmahle in den Privatwohnungen; s. 2, 10, 13; 5, 13, 7.

2. *rebellasse*] um sich wieder mit den Samniten zu vereinigen, worauf § 3: *erecta* hindeutet. Aus der Teilnahme der Falisker (§ 6) kann man schliefsen, dafs es nicht die nördlichen Staaten (s. 37, 4), sondern die an der römischen Grenze, auch Volsinii (s. Per. 11), gewesen sind; vgl. Nieb. RG. 3, 475.

3. *quonam modo ..*] übertreibend; s. 21, 11; 9, 19, 3. — *futura fuisset*] so sagt Liv. statt *futura fuerit* (s. 32, 23, 8) in abhängigen Sätzen nicht selten; s. zu 28, 24, 2: *adparuit, quantam excitatura molem .. fuisset*; vgl. zu 46, 6. — *coniuratione*] d. h. im allgemeinen Verbindung zum Kriege, ohne Beziehung auf das 38, 9 Erzählte; etwas anders 6, 2, 2.

occupationem populi Romani pro occasione rebellandi habuisset.
4 legationes sociorum, a M. Atilio praetore in senatum introductae,
querebantur uri ac vastari agros a finitimis Etruscis, quod desci-
5 scere a populo Romano nollent, obtestabanturque patres conscriptos, ut se a vi atque iniuria communium hostium tutarentur. responsum legatis curae senatui futurum, ne socios fidei suae paeniteret; Etruscorum prope diem eandem fortunam quam Sam-
6 nitium fore. segnius tamen, quod ad Etruriam adtinebat, acta res esset, ni Faliscos quoque, qui per multos annos in amicitia
7 fuerant, adlatum foret arma Etruscis iunxisse. huius propinquitas populi acuit curam patribus, ut fetiales mittendos ad res repetendas censerent. quibus non redditis ex auctoritate patrum
8 iussu populi bellum Faliscis indictum est iussique consules sortiri, uter ex Samnio in Etruriam cum exercitu transiret. iam Carvilius Veliam et Palumbinum et Herculaneum ex Samnitibus
9 ceperat, Veliam intra paucos dies, Palumbinum eodem, quo ad
10 muros accessit. ad Herculaneum etiam signis conlatis ancipiti proelio et cum maiore sua quam hostium iactura dimicavit; castris deinde positis moenibus hostem inclusit; oppugnatum oppidum
11 captumque. in his tribus urbibus capta aut caesa ad decem milia hominum, ita ut parvo admodum plures caperentur. sortientibus provincias consulibus Etruria Carvilio evenit secundum vota mili-
12 tum, qui vim frigoris iam in Samnio non patiebantur. Papirio ad Saepinum maior vis hostium restitit. saepe in acie, saepe in agmine, saepe circa ipsam urbem adversus eruptiones hostium

4. *praetore*] als Stellvertreter der Konsuln. — *introductae*] der regelmäfsige Ausdruck für die Einführung fremder Gesandten in den Senat.

5. *tutarentur*] weil sie, Rom unterworfen, selbst die Waffen nicht führen dürfen.

6. *Faliscos*] diese haben bis jetzt (s. 12, 7) an den Bewegungen in Etrurien keinen Anteil genommen; vgl. Nieb. RG. 3, 323. — *adlatum foret*] s. zu 1, 46, 3.

8. *Veliam*]* — *Palumbinum*] ist ebenso unbekannt wie Velia und Herculaneum. Der Mut der Samniten ist nach dem Folgenden noch keineswegs gebrochen.

9. *Veliam*]*

10. *sua quam hostium*] vgl. 44, 2: *legionum suaque.* — *moenibus .. inclusit*] vgl. 22, 16, 5.

11. *parvo ..*] *parvo* kommt in diesem Sinne bei früheren Schriftstellern nicht vor; vgl. Plin. 2, 168: *parvo brevius.* — *vim frigoris*] in den rauhen Gebirgen, namentlich auf dem M. Matese, tritt der Winter früher ein. — *patiebantur*] konnten ertragen; das Heer des Papirius bleibt noch länger in Samnium; s. 46, 1.

12. *ad Saepinum*] knüpft an 44, 9 an. — *in acie*] in regelmäfsiger Schlacht; s. zu 5, 41, 4. — *in agmine*] auf dem Marsche, ehe sie vor die Stadt kommen; s. 23, 27, 2; vgl. 21, 57, 12; 29, 36, 4: *in ipso itinere conflixit.* — *ex aequo*] Attribut zu *bellum*; s. zu

pugnatum. nec obsidio, sed bellum ex aequo erat; non enim muris magis se Samnites quam armis ac viris moenia tutabantur. tandem pugnando in obsidionem iustam coegit hostes obsidendo- 13
que vi atque operibus urbem expugnavit. itaque ab ira plus cae- 14
dis editum capta urbe: septem milia quadringenti caesi, capta minus tria milia hominum. praeda, quae plurima fuit congestis Samnitium rebus in urbes paucas, militi concessa est. nives iam 46
omnia oppleverant nec durari extra tecta poterat; itaque consul exercitum de Samnio deduxit. venienti Romam triumphus om- 2
nium consensu est delatus. triumphavit in magistratu insigni, ut illorum temporum habitus erat, triumpho. pedites equitesque in- 3
signes donis transiere ac transvecti sunt; multae civicae coronae vallaresque ac murales conspectae; inspectata spolia Samnitium 4
et decore ac pulchritudine paternis spoliis, quae nota frequenti publicorum ornatu locorum erant, conparabantur; nobiles aliquot captivi, clari suis patrumque factis, ducti; aeris gravis travecta vici- 5

37, 36, 5; vgl. 7, 30, 2; *bellum ex aequo* ist also ein eigentlicher Krieg (wie im folgenden *obsidionem iustam* eine eigentliche, regelrechte Belagerung), in dem beide Teile gleiche Vorteile und Nachteile haben, weil die Mauern nicht, wie gewöhnlich, den Feinden Schutz gewähren, sondern von ihnen geschützt werden; vgl. 21, 8, 7. — *muris .. moenia*] s. zu 17, 7.

13. *in obsidionem .. coegit*] er zwang sie, eine .. zu dulden, d. h. er drängte sie in .. — *obsidendo vi ..*] d. h. bei der regelmäfsigen Belagerung .. durch Sturm, der durch Belagerungswerke vorbereitet und unterstützt wird.

14. *ab ira*] s. zu 5, 2. — *plurima*] s. zu 12, 6. — *paucas*] weil die Samniten *vicatim* wohnten; s. 17, 2.

46. 2. *omnium consensu*] s. 8, 13, 9. — *delatus*] in dem Ausdruck liegt nicht notwendig die Andeutung, dafs Papirius, ohne darum nachzusuchen, den Triumph erhalten habe; vgl. 2, 47, 10; 3, 29, 4. — *triumphavit*] nach den Triumphalfasten *an. CDLX. de Samnitibus id. Febr.* — *in magistratu*] ist, obgleich damals das Gewöhnliche (s. Mms. StR. 1^2, 126), von Liv. nur selten bemerkt; vgl. 8, 26, 7. — *ut .. habitus erat*] ein vollständiger Satz zur Bezeichnung des einfachen 'für jene Zeit'; s. zu 1, 3, 3; vgl. 43, 15.

3. *donis*] s. 44, 3; sie werden zum Teil im folgenden erwähnt. — *transvecti sunt*] bezieht sich auf die *equites*; s. 9, 46, 15; *ac* ist wie *que* in *capique* 9, 27, 14 gebraucht. — *civicae*] s. 6, 20, 7. — *vallares*] sonst *castrenses* genannt; s. Gell. 5, 6, 17: *castrensis est corona, qua donat imperator eum, qui primus hostium castra pugnans introivit; ea corona insigne valli habet.*

4. *inspectata*] näml. *sunt*; ist absichtlich neben *conspectae* gestellt: angeschaut, betrachtet; vgl. 40, 9, 11. — *frequenti .. locorum*] die zusammengehörenden Begriffe sind durch Auseinanderstellung hervorgehoben; anders 41, 3: *omni*; zur Sache vgl. 9, 40, 16. — *et .. conparabantur*] mit Dativ, wie 28, 28, 15; anders 30, 9: *aequata.*

5. *aeris gravis*] s. zu 4, 41, 10; Kupfergeld war in einem Teile von Samnium gebräuchlich, doch ist

ens centum milia et quingenta triginta tria milia — id aes redactum ex captivis dicebatur —, argenti, quod captum ex urbibus erat, pondo mille octingenta triginta. omne aes argentumque in aera-
6 rium conditum, militibus nihil datum ex praeda est. auctaque ea invidia est ad plebem, quod tributum etiam in stipendium militum conlatum est, cum, si spreta gloria fuisset captivae pecuniae in aerarium inlatae, et militi donum dari ex praeda et stipendium
7 militare praestari potuisset. aedem Quirini dedicavit. quam in ipsa dimicatione votam apud neminem veterem auctorem invenio (neque hercule tam exiguo tempore perficere potuisset); ab dicta-
8 tore patre votam filius consul dedicavit exornavitque hostium spo-

das Geld hier von denen gegeben, welche die Gefangenen gekauft haben. Das Silber kann Silbergeschirr oder Silbergeld gewesen sein, welches aus den griechischen Städten, aus Lukanien und Kampanien, nach Samnium kam; s. Mms. MW. 119. — *viciens*]* — *centum milia*] die Wiederholung von *milia* im folgenden ist das Regelmäfsige; gewöhnlicher aber wäre es gewesen, wenn die *quingenta** *milia* mit dem Vorhergehenden in dem Ausdruck *viciens quinquiens centum milia* zusammengefafst wären. — *redactum*] s. 7, 27, 8. — *ex urbibus*] nach 44, 8. 45, 14 war die Beute den Soldaten überlassen worden; vgl. 9, 37, 10. — *mille*]* — *conditum*] verborgen, vergraben; die gewöhnlichen Ausdrücke s. § 6 und 14.

6. *aucta*] insofern sich das Vorhandensein des Unwillens darüber (*ea*), dafs die Soldaten von der reichen Beute nichts erhielten, voraussetzen liefs. — *ad plebem*] s. zu 29, 4. — *tributum..*] s. 4, 59, 11. 60, 4; doch ist nicht klar, warum die in das Ärarium gelieferte Summe nicht zur Zahlung des Soldes oder zur Zurückerstattung des Tributum verwendet werden konnte. — *gloria .. inlatae*] der Ruhm .. gebracht zu haben; die Konstr. wie 9, 40, 21 u. a. — *captivae*] s. 2, 12; zu 1, 53, 3. — *donum*]* — *stipendium*] aus den erbeuteten Summen würde sich nach Mms. Tribus 43 (vgl. MW. 292) ergeben, dafs damals der Sold etwa 240 Libralas betrug. — *praestari**] = *praeberi*; s. 2, 18, 11; 5, 32, 5; wird gewöhnlich von der Staatskasse gebraucht, nicht = *dari*. — *potuisset*] wie 4, 58, 3: *ut, cum precantibus opem militibus .. succurri, si maturatum esset, potuisset, .. venerit*; 31, 42, 7 u. a.; da von *posse* die entsprechende Form der Coniugatio periphrastica nicht gebildet werden kann, steht in dem bedingten Satze zur Bezeichnung der nicht erfolgten Ausführung *potui* oder *potuissem*, selten *potueram* (s. zu 5, 33, 1); ebenso in der Abhängigkeit *potuerim* oder *potuissem*; vgl. § 7; zu 45, 3 und 2, 33, 9.

7. *aedem Quirini*] s. zu 4, 21, 9; Plut. Cam. 20; vielleicht ist jetzt der frühere Tempel wieder hergestellt worden; vgl. Plin. 7, 213: *princeps Romanis solarium horologium statuisse ante undecim annos quam cum Pyrrho bellatum est ad aedem Quirini L. Papirius Cursor, cum eam dedicaret a patre suo votam, a Fabio Vestale proditur*; der Tag der Dedikation war der 29. Juni; s. CIL. I S. 395. — *tam exiguo ..*] näml. während des Feldzuges. — *potuisset*] vgl. § 6; zu 3, 8. — *dedicavit*] die Weihung eines Tempels durch den Sohn dessen, der ihn gelobt hatte, kommt öfter vor; s. 2, 42, 5; 29, 11, 13; Mms. StR. 2^2, 603.

liis; quorum tanta multitudo fuit, ut non templum tantum forumque iis ornaretur, sed sociis etiam coloniisque finitumis ad templorum locorumque publicorum ornatum dividerentur. ab triumpho 9
exercitum in agrum Vescinum, quia regio ea infesta ab Samnitibus erat, hibernatum duxit.

Inter haec Carvilius consul in Etruria Troilum primum op- 10
pugnare adortus quadringentos septuaginta ditissimos, pecunia grandi pactos, ut abire inde liceret, dimisit, ceteram multitu- 11
dinem oppidumque ipsum vi cepit. inde quinque castella locis sita munitis expugnavit. caesa ibi hostium duo milia quadringenti, minus duo milia capta. et Faliscis pacem petentibus annuas 12
indutias dedit, pactus centum milia gravis aeris et stipendium eius anni militibus. his rebus actis ad triumphum decessit, ut 13
minus clarum de Samnitibus, quam collegae triumphus fuerat, ita cumulo Etrusci belli aequatum. aeris gravis tulit in aerarium 14
trecenta octoginta milia; reliquo aere aedem Fortis Fortunae de manubiis faciendam locavit prope aedem eius deae ab rege Servio Tullio dedicatam, et militibus ex praeda centenos binos asses 15

8. *forum . .*] wie 9, 40, 16. — *coloniisque finitumis*]*

9. *ab*] sogleich nach; s. 22, 40, 4. — *Vescinum*]* — *infesta ab*] s. 6, 5, 3.

10. *Troilum**] unbekannt; vielleicht ist es die sonst Trossulum genannte Stadt; s. Dennis 347. — *pecunia . . pactos*] für eine grofse Geldsumme sich ausbedungen, erkauft hatten; s. zu 37, 5. — *pactos, ut*] s. zu 25, 33, 3.

11. *capta*]*

12. *centum milia*] die reichen Städte zahlen mehr; s. 37, 5. — *indutias*] s. 5, 12.

13. *triumphum*] und zwar *an. CDLX. de Samnitibus idib. Ian.*, also vor dem § 2 erwähnten Triumphe.

14. *reliquo aere*] bezeichnet das Ganze, *de manubiis* und *ex praeda* die Teile, die beiden letzteren in verschiedener Form; vgl. zu 28, 9: *in loco*. Die Prädikate sind statt an *reliquo aere* näher an *de manubiis* und *ex praeda* angeschlossen, = für das übrige Geld, und zwar für die *manubiae* gab er in Verding . ., von dem aus der Beute usw.; vgl. zu 26, 33, 8. — *Fortis Fortunae*] vgl. Nonius S. 425: *Fors est casus temporalis, Fortuna dea est ipsa*, d. h. der abstrakte Begriff und die Personifizierung des Zufalls (τύχη); ebenso adverbiell *forte fortuna*. Der Tempel stand jenseit des Tiber; den des Servius hat Liv. nicht erwähnt; s. CIL. I S. 395. Wie wenig es Liv. um Vollständigkeit zu thun war, zeigt Plin. 34, 43: *fecit et Sp. Carvilius Iovem, qui est in Capitolio, victis Samnitibus sacrata lege pugnantibus, e pectoralibus* (s. 9, 40, 3) *eorum ocreisque et galeis. amplitudo tanta est, ut conspiciatur a Latiari Iove.* — *manubiis*] s. zu 1, 55, 7; das aus dem Verkaufe der Beute gelöste Geld, dessen Verwendung für öffentliche Zwecke den Feldherren freistand; s. 6, 4, 2; vgl. 23, 11, 3; 33, 27, 4; Cic. de leg. agr. 2, 61: *si est aequum praedam ac manubias suas imperatores non in monumenta deorum immortalium neque in urbis ornamenta conferre.*

et alterum tantum centurionibus atque equitibus, malignitate
16 collegae gratius accipientibus munus, divisit. favor consulis tutatus ad populum est L. Postumium, legatum eius, qui dicta die a M. Scantio tribuno plebis fugerat legatione, ut fama ferebat, populi iudicium; iactarique magis quam peragi accusatio eius poterat.

47 Exacto iam anno novi tribuni plebis magistratum inierant, iisque ipsis, quia vitio creati erant, quinque post dies alii suf-
2 fecti. — Lustrum conditum eo anno est a P. Cornelio Arvina, C. Marcio Rutilo censoribus; censa capitum milia ducenta sexaginta duo trecenta viginti unum. censores vicesimi sexti a primis cen-

15. *alterum tantum*] s. zu 1, 36, 7. — *centurionibus atque equitibus*] die beiden genannten Klassen erhalten gleichen Anteil; vgl. 33, 23, 7: *duplex*; 33, 37, 12: *triplex*; s. auch 4, 34, 4; in der Regel erhält der Centurio das Doppelte, der Reiter das Dreifache dessen, was dem gemeinen Soldaten gegeben wird (in demselben Verhältnisse wie den Sold); vgl. 34, 52, 11; 37, 59, 6 u. a. — *malignitate*] s. 5, 22, 1.

16. *ad populum*] s. 31, 9. — *dicta die*] s. 13, 14; es geschieht wegen des ungesetzlichen Verfahrens während seiner Amtsführung (Kap. 37); s. Rein CR. 601. — *legatione**] durch Übernahme einer *legatio*, während der er nicht zur Rechenschaft gezogen werden konnte; vgl. Mms. StR. 2^2, 671, 9. — *iactari*] s. 1, 50, 2. — *peragi . . poterat*] nach 47, 1 kann Scantius zur Zeit des Triumphes (an den Iden des Januar) nicht mehr im Amte gewesen sein; da aber der Konsul, wie es scheint, nach dem Triumphe für den Angeklagten thätig ist (*tutatus est*), so müfste einer der Nachfolger des Scantius nach dem 10. Dezember des vorhergehenden Jahres die Klage wieder aufgenommen und dann infolge der Verwendung des Carvilius aufgegeben haben.

47. Verschiedene Nachrichten.

1. *iam . . inierant*] scheint sich auf die eben berührte Anklage des Postumius zu beziehen, = das Jahr (es ist wohl das Amtsjahr der Volkstribunen gemeint) war damals bereits abgelaufen. — *vitio creati erant*] die Tribunen werden nicht *auspicato* gewählt (s. zu 6, 41, 5); dieses *auspicato* ist wohl nur auf die von dem die Wahl leitenden Magistrat erbetenen Auspicien (*auspicia inpetrativa*), nicht auf die zufällig sich darbietenden (*oblativa*) zu beziehen. Die letzteren scheinen auch für plebejische Versammlungen gültig gewesen zu sein (s. 1, 36, 6; 40, 42, 10; Mms. StR. 1^2, 106, 2; vgl. Lange 1, 829), so dafs auch bei der Wahl der Tribunen ein *vitium* vorkommen konnte. Da jedoch an u. St. die *vitio* gewählten Tribunen ihr Amt bereits angetreten haben und ihre Nachfolger wegen des *vitium* nicht wählen können, so ist es unerklärlich, von wem die Wahl der Nachfolger geleitet worden ist (vgl. 3, 54, 9 f.), und wie das 3, 64, 9 erwähnte Gesetz hat beobachtet werden können; s. Mms. StR. 1^2, 113. Übrigens ist der Antrittstermin der Tribunen durch diese Unregelmäfsigkeit nicht wie der anderer Magistrate verändert worden, sondern immer der 10. Dezember geblieben.

2. *milia . .*] vgl. 9, 19, 2. — *vicesimi sexti*] Liv. hat 11 Paare bestimmt angegeben, aufserdem nur etwa 5 durch Erwähnung censori-

soribus, lustrum inde vicesimum fuit. — Eodem anno coronati 3
primum ob res bello bene gestas ludos Romanos spectarunt palmaeque tum primum translato e Graecia more victoribus datae. — Eodem anno ab aedilibus curulibus, qui eos ludos fecerunt, 4
damnatis aliquot pecuariis via a Martis silice ad Bovillas perstrata est.

Comitia consularia L. Papirius habuit; creavit consules Q. 5
Fabium Maximi f. Gurgitem et D. Iunium Brutum Scaevam; ipse Papirius praetor factus.

Multis rebus laetus annus vix ad solacium unius mali, pesti- 6
lentiae urentis simul urbem atque agros, suffecit; portentoque iam similis clades erat, et libri aditi, quinam finis aut quod remedium eius mali ab diis daretur. inventum in libris Aesculapium 7

scher Verrichtungen angedeutet; sicher nachweisbar sind 23 Paare (s. de Boor, Fasti cens. 75). — *inde vicesimum**] *inde = a primis censoribus*; die kapitolinischen Fasten geben, von dem ersten Lustrum an gerechnet, im J. 461 das dreifsigste Lustrum an; Liv. rechnet bis zur ersten Censur 10 Lustra (s. 3, 24, 10) und wird also in Übereinstimmung mit den Fasten jetzt das zwanzigste Lustrum gezählt und mit *inde* den Ausgangspunkt der Rechnung angegeben haben. Wahrscheinlich hatte der Annalist, dem er folgt (Valerius Antias), immer nur je das zehnte Lustrum angemerkt.

3. *ob res . . bene gestas*] gehört zu *coronati*; s. Pol. 6, 39, 9: *οἱ τυχόντες τῶν τοιούτων δωρεῶν* (Kränze u. a.) . . *τάς τε πομπὰς ἐπισήμως πομπεύουσι διὰ τὸ μόνοις ἐξεῖναι περιτίθεσθαι κόσμον τοῖς ὑπὸ τῶν στρατηγῶν ἐπ' ἀνδραγαθίᾳ τετιμημένοις*; vgl. jedoch zu 25, 12, 15; Gell. 6 (7), 4, 5. — *palmae*] Palmzweige als Siegespreise; es ist wohl an die Kämpfer in den circensischen Spielen zu denken. — *translato e Graecia more*] der Einfluſs Griechenlands macht sich jetzt schon in mehrfachen Verhältnissen geltend; s. zu 9, 45, 1: *Sopho*; Plin. 34, 26; Nieb. RG. 3, 363.

4. *ludos*] s. 6, 42, 12; 8, 40, 2; vgl. 10, 23, 13. — *pecuariis*] vgl. 23, 13. — *a Martis*] s. zu 23, 12. — *ad Bovillas*] ist eine Fortsetzung des 23, 12 erwähnten Weges, aber keine *semita*, sondern ein gepflasterter (*silice*) Fahrweg. Da die Appische Straſse ebenfalls nach Bovillae führte, so ist wohl anzunehmen, daſs diese erst jetzt vollständig gepflastert worden ist; daher das vor Liv. vielleicht gar nicht, überhaupt selten gebrauchte *perstrata*. Weniger wahrscheinlich ist es, daſs ein zweiter Weg neben der Appischen Straſse angelegt wurde; s. Becker, Gallus 1, 79; vgl. Philolog. 17, 730. Eine neue Herstellung des Weges wird 38, 28, 3 erwähnt.

5. *creavit*] s. zu 3, 8. 2. — *Fabium*] s. 31, 9. — *Maximi f.*] vgl. zu 4, 16, 7. — *Brutum*] s. 43, 3. — *ipse*] er hat sich also selbst renuntiiert; vgl. 15, 10.

6. *ad solacium*] vgl. zu 37, 7. — *pestilentiae*] diese dauert schon das dritte Jahr; s. 31, 8; Nieb. RG. 3, 477. — *urentis*] tropisch; s. 17, 1. — *portento . . similis*] vgl. 8, 18, 11.

7. *Aesculapium . .*] die sibyllinischen Bücher ordnen wie in anderen Fällen (s. zu 5, 13, 6) die Verehrung eines griechischen Gottes an, und zwar, da Apollo schon aufgenommen ist, die eines anderen Heil-

ab Epidauro Romam arcessendum. neque eo anno, quia bello occupati consules erant, quicquam de ea re actum, praeterquam quod unum diem Aesculapio supplicatio habita est.

gottes; vgl. Prell. RM. 134; Schwegler 1, 803. — *ab Epidauro*] einer berühmten Kultusstätte des Aesculapius (s. zu 45, 28, 3), an der Küste von Argolis gelegen. — *bello occupati*] Liv. fügt selten, Cicero häufiger *in* zu dem Ablativ bei *occupari* hinzu; s. 34, 6, 15; 41, 3, 7; 42, 29, 6. Der Krieg erscheint wichtiger als Pest und Orakelspruch; vgl. Per. 11. — *unum diem*] s. 27, 4, 15; 28, 11, 5; vgl. zu 39, 22, 4. — *supplicatio*] wie 23, 1; dagegen 21, 6 ist es ein Dankfest.

T. LIVI

AB VRBE CONDITA LIBRI VIIII PERIOCHA.

T. Veturius Sp. Postumius consules apud furcas Caudinas deducto in locum artum exercitu, cum spes nulla esset evadendi, foedere cum Samnitibus facto et sescentis equitibus Romanis obsidibus datis ita exercitum abduxerunt, ut omnes sub iugum mitterentur; iidemque auctore Sp. Postumio consule, qui in senatu suaserat, ut eorum deditione, quorum culpa tam deforme foedus ictum erat, publica fides liberaretur, cum duobus tribunis plebis et omnibus, qui foedus spoponderant, dediti Samnitibus non sunt recepti. nec multo post fusis a Papirio Cursore Samnitibus et sub iugum missis receptisque sescentis equitibus Romanis, qui obsides dati erant, pudor flagitii prioris abolitus est. tribus duae adiectae sunt, Ofentina et Falerna. Suessa et Pontiae coloniae deductae sunt. Ap. Claudius censor aquam Claudiam perduxit; viam stravit, quae Appia vocata est; libertinorum filios in senatum legit; ideoque, quoniam is ordo indignis inquinatus videbatur, sequentis anni consules senatum observaverunt, quem ad modum ante proximos censores fuerat. res praeterea contra Apulos *et* Etruscos et Vmbros et Marsos et Paelignos et Aequos et Samnites, quibus foedus restitutum est, prospere gestas continet. Cn. Flavius scriba, libertino patre natus, aedilis curulis fuit, per forensem factionem creatus, quae, cum comitia et campum turbaret et in his propter nimias vires dominaretur, a Q. Fabio censore in quattuor tribus redacta est, quas urbanas appellavit; eaque res Fabio Maximo nomen dedit. in hoc libro mentionem habet Alexandri, qui temporibus his fuit, et aestimatis populi Romani viribus, quae tunc erant, colligit, si Alexander in Italiam traiecisset, non tam facilem ei victoriam de populo Romano fore, quam de iis gentibus, quas ad orientem imperio suo subiecerat.

T. LIVI

AB VRBE CONDITA LIBRI X PERIOCHA.

